



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Opvscvlvm Dvodecimvm. De conditionibus boni Superioris, necessariis illi, tùm vt à subditis ametur, & vt eius iussa libenter illi exequ[n]tur, tùm vt ei suam conscientiam sincerè aperiant, & alia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

N I C O L A I L A N C I C I I

E S O C I E T A T E I E S V O P V S C V L V M S P I R I T V A L E

D V O D E C I M V M,

De conditionibus boni Superioris, necessariis illi, tum ut à subditis ametur, & ut eius iussa libenter exequantur, tum ut ei suam conscientiam sincerè aperiant, & alia omnia: ac in Religione, vel Congregatione, cum gaudio Spiritus, & profectu spirituali viuant & perseuerent.

I N D E X C A P I T V M

H V I V S O P V S C V L I.

- T**Raduntur dua conditiones Superioribus necessariae, ut subditi eos, amēt, illis fidant, & obediant. CAP. I.
De necessaria opinione in subditis, de benevolentia & benignitate Superiorum erga subditos. CAP. II.
De providendis à Superioribus rebus vsui subditorum accommodatis. CAP. III.
De paterno procedendi modo Superiorum. CAP. IV.
De eodem paterno Superiorum agendi modo. CAP. V.
De eadē benevolentia Superiorū. CAP. VI.
De eodem paterno affectu Superiorum erga subditos. CAP. VII.
De eodem affectu paterno erga subditos, praesertim agrotantes. CAP. VIII.
De non condemnando subdito non audito. CAP. IX.
De bono modo exigendi rationem conscientiae à subditis. CAP. X.
De aliis rebus vitandis à Superiore, dum recipit à subdito rationem conscientiae. CAP. XI.
De seruandis aliis rebus in excipiendā ratione conscientiae. CAP. XII.
Soluuntur Obiectiones contra supradicta. CAP. XIII.
Resoluuntur aliqua dubia circa exigendam rationem conscientiae. CAP. XIV.
Satisfit aliis dubitationibus circa exigendam rationem conscientiae. CAP. XV.
De conditionibus boni & mali Medici. CAP. XVI.
De modo exigendi rationem conscientiae à senibus, & Patribus mature virtutis, ac iis qui diu cum laude in Soc. Domicilia & Prouincias gubernarunt. C. XVII.
De modo gubernandi & instituendi Novitios religiosos & iuvenes in vita spirituali. CAP. XVIII.
Continet Monita cuidam superiori Societatis data primo anno eius gubernationis. CAP. XIX.

Index rerum praecipuarum huius Opusculi positus est ordine alphabeti in fine totius tomi,

PRÆ

PRÆFATIO AD SUPERIORES.



Onaudebam, etsi sæpè rogatus à multis, de rebus, in hoc explicatis Opusculo, quicquam decernere. Sed cum accessisset magis cuiusdam Superioris voluntas, me ad hoc faciendum excitantis, eius autoritate, ac veneratione motus, ausus sum aliqua in medium proferre; fini, ob quem, illius Superioris rogatu, hæc à me instituta dissertatio est, profutura. Quod eò feci liberius, quia nihil è meo sensu artuli, sed ea tantum, quæ à Sanctis Ecclesiæ Doctoribus valdè commendata legi, & didici à S.P.N. Ignatij Discipulis, & alumnis, ac in nostræ Societatis Statutis sancita inueni, & à Superioribus magnæ existimationis ac nominis constanter obseruata vidi, per hos 50. annos, quos in Societate pridem exegi. Tuû erit, Lector beneuole, semota priuata tua (si forte contraria est) sententia, Sanctorum Patrum, & Ecclesiæ Doctorum, & Societatis nostræ vniuersæ Iudicia, & praxim primæuam (sequentium continuatione annorum stabilitam) expendere: & quo te, ac res tuas modo, à tuis cuperes Moderatoribus tractari, eodem alios quoque esse tractandos agnoscere. Porro etsi hoc Opusculum scripserim pro solis Superioribus Societatis nostræ iuuantis, edendum tamen iudicauit, etiam pro aliis externis, tum Patribus Spiritualibus & Confessariis, tum aliorum Sacrorum Ordinum Superioribus, quia & his lectio huius Opusculi aliquam non contemnendam lucem adferre poterit, ad animas suæ curæ commissas rectè & cum earum emolumento dirigendas. Vale, & me Deo commenda. Glacij A.D. 1640. 7. Maij.

CAPVT PRIMVM.

Traduntur duæ conditiones Superioribus necessariae, ut subditi eos ament, illis fideant, & obediant, & suam conscientiam illis sincerè aperiant.



De Superiores assequuntur, si infra scripta monita seruant, & imprimis, si habebunt duas conditiones, quas habere solent, & debent, Medici, ad curandos corporis morbos expositi: & si non habuerint eas, ab infirmis deprehensas, ob quas non recurrunt ad Medicos, etsi sint grauibis morbis oppressi.

Inprimis necessaria est in subdito constans opinio de scientiâ sufficienti sui Superioris, & requiritur ad curationem spiritualium morborum. Superiores enim nostri, & Patres Spirituales, à SS. PP. Medici appellantur. a. Quocirca sicut corpore ager, non aperiet sincerè morbum chirurgus, vel medico, quem putat imperitum esse, & indoctum; idem contingit in spiritualibus morbis respectu spiritualium Medicorum. Ambrosius in hac vmbra mortis regione, inquit B. Laurentius Iustinianus, in quâ diuersarum specierum venenata discurreunt spiritalia animalia, nil tutius, nilq; valet esse vtilius, quam itineris sui comitem habere fidelem, atque peritum. Quam enim spem valet
Glacij Opusc. Tom. 2.

habere pertingendi, quod cupit accedere, qui viarum ignarus in expertum peregrinationis, quâ gradiendum est, habens comitem, per singulas penè horas, an rectè incidat, dubitare compellitur? Maximum profectò impedimentum pertingendi ad finem in quocunq; negotio est ipsa dubietas, quæ operandi adimit vires, robur de-
Ber. de vitâ Col. & l. 25. in Cant. Iustin. de humil. cap. 18. Bonau de errandi parat metum, gradiendi retardat affectum, & alis. c. 1. Xau. l. 2. ep. 4. 3. p. Cofl. c. 1. §. 12.

Hanc ob causam S.P.N. Ignatius, tractans de Patre Spirituali, qualis esse debeat, talem esse vult, eum ut omnes diligant, & ad quem in suis tentationibus confugiant, & cui confidenter sua omnia detegant, & à quo consolationem, & auxilium sperent in Domino, & nullam tentationem celen. Sec. duas solas conditiones ei necessarias, & ad munus suû benè explendum sufficientes, nominat, nimirum, ut sit vir fidelis, & in rebus spiritualibus sufficienter versatus. Non quòd non conducatur etiam vitæ probitas ad benè hoc spiritualis curationis munus obeundam, sed quòd magis sperari possit à perito in medendo Medico, etsi non omnino probo, recta morborû curatio; quam à probo sed imperito, non habet non 65!

Ideo post simile monitum à S.P.N. Ignatio traditum alio in loco, S. quoque Teresia sæpè inculcat in suis libris à se diuino lumine conscriptis, & ut Sedes Apostolica declarauit, doctrinam caelestem continentibus, potius recurrendum esse ad illum Patrem Spiritualem pro spirituali directione, qui doctus, & in hoc genere peritus
Ribach l. 5. c. 10. vitæ. c. 5. Cast an. Manf. c. 6. & 8. Offic. S. Teres.

K

peritus sit, etiam si vitæ integritate non splendat, quàm ad aliquem virum sanctum, sed eadem, & in rebus spiritualibus mindis versatum.

Instr. 11.
num. 3.

Quocirca meritò P. Claudius in quadam Instructiōe, à 7. Congregatione Generali pro Superiorum directione probatà, ait, *Ingentem fore errorem, quemlibet mediocri probitate, mediocri probitate, mediocri prudentiâ, recto tantum studio instructum propensaq, ad virtutem voluntate, ad tantum munus (Patris Spiritualis) idoneum indicari &c. cum satis constet, eos, qui huic muneri deliguntur, magno ad hanc artem studio, magno lumine, magno rerum usu, magnâ præterea Lenitate, ac dexteritate, & ad agendum cum aliis comitate & gratia esse oportere. Ad hæc, magna propensio, applicatioq, animi, dotescq, alie insignes accedant necesse est. Et infra, Prouincialibus præscribitur: Eos (Prouinciales) huic muneri præficiet, qui statim manus operi possint admouere, maturos, senes, quos vel longo gubernandi usu, vel conciones habendi, aut e cathedrâ, Theologiam præsertim explicandi, labore fessos, tamquam ex alto in portum, intermissis exercitationibus, in hoc tranquillum senectutis otium confugere, vile erit. Et infra: Superiores sibi persuasum habeant, non satis esse commune curriculum, aut commune huius cuiusque studium (in Sanctorum libris lectis) aut quantaluncunq, huius doctrina cognitionem, quâ tinctos esse contingat eos, qui hoc aliquando cursim, & quasi aliud agentes, lectitant, aut etiam subinde meditando volutarunt animo. Et infra: Præstantissimi cuiusque, & maximis dotibus instructi, præclarè stare operam censendum est, vno in hoc munere occupari. Hoc ipsum præter alios*

num. 5.

Sanctos tradidit B. Laurentius Iustinianus, monens, ne vllus cuiusuis se committat arbitrio: sed habeat virum prudentem, pugna assuetum, virtutibus ornatum, qui magis experienciâ, quàm solâ firmitate scientiâ. Difficile namq, reperitur, qui spiritualis certaminis valeat enodare secreta, nisi ab Te, Domine, singulari munere prius fuerit edoctus.

num. 8.

Hanc ob causam ab ipsis S. P. N. Ignatii temporibus obseruatum est in Italiæ Prouinciis, Superiores in Seminariis Prouinciarum, & Patres Spirituales ibidem, vti & Magistros Nouitiorum, cum tanto delectu semper fuisse positos, & quidem tales, vt omnium præsertim iudicio, & vt dicitur, voce populi, & voce Dei, non nisi pro viris valde spiritualibus haberentur, & semel in tali Officio Patris Spiritualis positi, non facile amouerentur, nisi vel ad gubernandas Prouincias, vel ad primariâ Prouinciæ Domicilia in hac vel aliâ Prouinciâ, vrgens cogeret necessitas eos transferendi.

num. 11.

Idem non semel Romæ vidi, ex remotis valde Prouinciis, aduocatos Romam viros insignes, tum pro institutione Nouitiorum, tum pro Patris Spiritualis officio in Collegio Romano. Idem factum meo tempore in aliis Italiæ Prouinciis, imò & in Belgicis, ad quas Româ missos vidi, pro similibus muneribus, viros eximios, cum non suppetent fia-

de disc. & perf. m. 6. con. c. 1. fin.

miles iis, in his, ad quas mittebantur, Prouincias.

Memini pro Patris Spiritualis munere, obeundo in Romano Collegio, euocatum fuisse à Prouinciâ Neapolitanâ P. Petrum Antonium Spinellum, eo ad Reçtoratum Collegij Romani, & prius ad docendam ibidem Theologiam promotò: ex Prouinciâ Mediolanensi accitum esse P. Ioannem Baptistam Cicottum, qui hoc munere per plures quàm 40. annos functus ibidem est, & non nisi ob decrepitam senio ætatem ab eo liberatus, non multò post in Romano Collegio sanctè mortuus. Pro Magistro Nouitiorum Romam è Prouinciâ Austriæ translatus fuit P. Octavianus Natarola, annisq, plurimis illud officium obiuit, sub P. Claudio, donec à P. Mutio ad regendam Prouinciâ Venetam missus fuit. In eius verò locum è Neapolitanâ Prouinciâ accitus fuit P. Nicolaus Berzetus. Pro gubernandis verò Nouitiis Prouinciæ Neapolitanæ, & Reçtoratu Lauretano in Prouinciâ Romanâ, Neapolim missus fuit P. Ioannes Paulus Riuis: qui deinde Romam reuocatus, diu Nouitiis præfuit.

Pro Reçtoratu Collegij Romani è Prouinciâ Venetâ fuit vocatus P. Bernardinus Rossignolius; è Mediolanensi P. Ludouicus Mansonus, postea P. Antonius Marchesius, postea P. Io. Stephanus Menochius; Ex Neapolitanâ P. Ludouicus Masellus, postea P. Petrus Antonius Spinellus, postea P. Carolus Sangrius. Ex Sicilia, P. Iacobus Dominicus.

Pro Prouincialatu Romano ex Sicilia aduocatus fuit, P. Io. Baptista Carninata; Neapoli, P. Hieronymus ab Alexandro; ex Lithuanâ P. Augustinus viualdi; ex Poloniâ P. Bernardinus Confaloneries. Quia enim non ex quolibet ligno fit Mercurius, ideo prudentes Superiores aptos cuique loco, & muneri deligunt Præfectos, solo sacerdotio, & professione non contenti.

Quocirca non est satis pro Patris Spiritualis munere, quod sufficeret pro mouere Confessorij ad solas Confessiones Sacramentales destinati. Hinc & S. P. N. Ignatius non exigit in Confessario scientiam sufficientem rerum spiritualium, quam vult inesse Patre Spiritualis.

Mirum ergo non est, multos imperfectos se non aperire candidè iis Spiritualibus Patribus, quo sciunt, ante hoc officium, sine opinione vitæ spiritualis vixisse, & vel à puluere Scholastico, vel à culinario translatos ad Spirituale regimen aliorum, exiguâ, vel potius nullâ, rerum spiritualium praxi commendatos.

Idem sapienter obseruauit P. Claudius inter septem causas malorum, è malâ gubernatione nostrorum, profluentium, quartam esse, *ante ne scire, modiq, curandi spirituales infirmitates: quia cum prapostere nititur curatio, sperari salus vix potest. Et ex hoc fonte plurima incommoda nasci solere, ait.*

Potrà

6. Porro cum spirituales morbi & cogniti & curati sint difficiliore & periculosiores, si ad morborum corporis curationem necessaria est scientia medica, quae non nisi longo labore & tempore, acquiritur, & non tunc primum cum adhibenda curatio est, discitur; ita multo magis ars curandi animas, quae à Sanctis appellatur *ars arrium*, ante curationum earum initium, magno studio, oratione, & experimento comparanda est: alioqui spiritualiter infirmus, à rudi medico propterea medicinas despiciet, & non sanabitur.

Reliqua ad hoc punctum spectantia, vide in sine Opusculi c. 16. n. 117. & sequi.

7. Secunda conditio in spirituali medico à S.P.N. Ignatio loco supra citato requisita, est, *Fidelitas*. Hoc nihil aliud denotat, quam tenax secretum circa morbos spirituales infirmi, à Medico cognitos. Sic enim in phrasi Societatis haec dictio accipitur. Hinc in Instructione 11. n. 3. Provincialibus ordinatum est, *ut diligenter inter visitandam Provinciam cognoscant, quae fide Superiores in hoc genere se gerant*: scilicet circa rationem secreti, de quo actum erat ibidem num. praecedenti. Sicut enim infirmus corpore, nunquam morbos occultos suos, & ignotos aliis, detegit Medicinæ Doctore, quem scit non esse secretum, & occulta mala infirmi propalare: ita nec spirituali Medico spiritu egrotantes, occultos morbos aperient, quem sciunt alienos vulgare, ad quos id non spectat defectus. Hanc ob causam non vno in loco P. Claudius gravissimè & duae Congregationes Generales 6. & 7. (quae illam ordinationem diu examinata approbarunt) commendant curam secreti Superioribus, circa res in ratione conscientiae intellectas. Eadem autem est ratio in PP. Spiritualibus.

CAPVT SECVNDVM.

De necessariâ opinione in subditis, de benevolentia & benignitate Superiorum erga Subditos.

8. Tertia conditio ad hoc ipsum non minus necessaria est, minime titubans opinio de benevolentiâ erga se affectu Superioris, & Patris spiritualis. Si Apostolus, ut observat S. Bernardus, *pro magna & gravia hominum mala numerat, homines sine affectione, graecè aegyptios, inhumanos, qui neminem (aiunt Theophylactus, Oecumenius, & Syrus) amant; magis vitio verti debet id in Superiore, qui debet esse & Pater, & Medicus, & nutrix subditi: proinde plenus tali amore, qui indubiè agnoscat credaturque à subditis. Sicut enim aeger corpore, etsi sciat periculosissimum esse in ciuitate Medicum, & secretum amantem, si tamen compertum habeat se non amari ab eo, eum sibi offensum, & non ad*

Lancij Opusc. Tom. 2.

dictum; consilia, & medicinas ab eo non petet, & ultro oblatas habebit suspectas, idem in spiritualibus medicamentis vsu venit. *Difficile enim est, inquit S. Gregorius Papa, ut qualibet recta denuncians, qui non diligitur, audiatur.*

Idem P. Claudius in primâ ad Superiores Societatis datâ epistolâ, primo sui Generalatus anno, sic Superioribus significationem sinceri & veri amoris erga subditos suadet: *Statuendum est, hunc exercitum, (scilicet Societatem) esse filiorum Dei congregatorum, ut seruiant ei ex caritate non fictâ, corde magno, & animo volenti &c. Et cum sint filij Dei, satù apparet, quibus oculis sint aspiciendi à Superiore, quanto amore ac reuerentiâ disponendi &c.*

Et cum seruitus quadam ex amore sit, id efficax maxime erit ad eos dirigendos si Superior, eorum teneat ac possideat voluntatem. Ad quod praecipue conducet, si subditi verè intelligunt, se à Superioribus diligi, qui suis se filijs, Patres, matres, nutrices, medicos, denique omnia omnibus, pro cuiusque necessitate exhibeant, necesse est. Et paulo post, commendans magis amorem suorum Superioribus, illis Dei verbis ad Moysen dictis. Num. 11. 12. eos excitat: *Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulam, & deser in terram.* Et illa Apostoli 1. Thess. 2. *Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos.* Et Gal. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio.* Quocirca merito idem P. Claudius inter monita de paternè exigendâ ratione conscientiae, hoc quoque commendat, *sanimè necessarium esse, ut Superiores eam praeserant comitatem, ac benevolentiam, qua subditos ad se totos magnâ fiducia aperiendo alliciat.* Et in Indutiis Superiorem monet, *ut nihil praetermittat per se & per alios idoneos, quod ad eximendas suspiciones, & gignendâ amoris sui opinionem facere possit: certus, nisi hoc fecerit, nulla medicamentorum genera profutura.* Et P. Euerardus in suâ ad Superiores epistolâ pag. 1. scribit: *Inter ea, quae Superiores Societatis, ut certissima habere debent, id vnum est in primis, non intentionem rectam, non prudentiam, non alia id genus dumtaxat esse necessaria, ut e more atque instituto nostro, cum mansuetudine & amore agatur.* Ideo non sperent sinceram conscientiae manifestationem ij, qui alios tanquam mancipia quaedam tractant, in virgâ ferreâ, & suo vel despotico, vel crudo, ac seuero modo agendi à se auertunt, & loco paterni amoris, nouercalem asperitatem, & rigorem ac pompaticam quandam grauitatem, vel subditis, vel aliis propinant, & cum subditis non tanquam cum fratribus, vana minoribus, sed tanquam cum famulis agunt, contra motem primarium Societatis, à S.P.N. Ignatio mutuatam. De quo sic scribit Maffei: *Hunc mansuetudinis tenorem diligenter in omni vitâ seruauit: ac satis constat, annis ipsis triginta, quibus Christum sequutus est, neminem prorsus fuisse, ab eo non modo contumeliose tractatum, sed ne appellatum quidem acerbis.* Si quid praecipere roganti erat propior, quam iubenti. *Alloquendi verò eius causa, nihil erat necesse: tempus*

2. p. post. cap. 8.

9. pag. 76. editi Rom. hac enim tantum citq non Belgic.

10.

Instr. 12. n. 1. p. 66.

11. c. 14. n. ult.

12. 1. 3. c. 5.



opportunitatem, ac molles captare aditus: qualibet adiffes horâ siue corpore melius haberet, siue deterius prosperis aque atque aduersis in rebus, & accipiebat benigne, & patienter ad finem vsque sine interpellatione audiebat: ac nullum, quamuis infima sortis hominem, stare ante se, nedum aperto capite patiebatur esse. Nec modo ex destinato congressu, verum etiam ex occurfu sortuito, fratres ita laetis intuebatur oculis, vt, vel ex hoc, infitam animo in omnes benevolentiam satis ostenderet. Adde plura ex Ribadencyra. Benevolentiam suorum conciliabat amor, qui naturaliter amorem parit: sentiebant enim omnes, se illi filios esse charissimos. Præterea, cum singulorum & animi & corporis facultatem nosset, quantum quisque oneris ferre poterat, tantum cuique imponebat, vel aliquando etiam minus; ne ponderis magnitudine opprimerentur, sed potius cum gaudio illud perferrent, & non gementes. Si quid porro ab illo nostrorum aliquis peteret, quod negandum statueret, negabat: sed si res ac persone ratio posceret, cur negaret causas proferebat. Sin concederet, causas nihilominus addebat, cur negari posset: vt & qui non acciperet, minus ferret moleste, & qui acciperet, gratius quod dabatur, haberet.

Atque hunc procedendi cum beneuolâ charitate & affabilitate cum domesticis modum, hactenus omnes Præpositi Generales constanter seruauerunt, & alij Superiores in Italiâ sanctè seruant: ideoque qui tales sunt, magnam subditorum sinceritatem in aperiendâ conscientia, etiam sine vllâ obligatione secreti à subditis postulatâ, experiuntur. Quia procedendo vt Patres experiuntur subditos vt filios.

Primum nouerimus, inquit S. Ambrosius, nihil tam utile, quam diligere nihil, tam inutile, quam non amari: itaque id agamus, vt omni sedulitate commendemus existimationem, opinionemque nostram, ac primum placiditate mentis, & animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim, & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur hominis sensibus. Ea si mansuetudine morum, ac facilitate animi, moderatione præcepti, & affabilitate sermonis, verborumque, honore, patienti quoque sermonum vite modestiâque, adiungetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solum in priuatis, sed etiam in ipsis Regibus, quantum facilitas blanda affabilitatis profuerit, aut superbia verborumque, obsuerit tumor, vt regna ipsa labefactaret, & potestatem solueret. Tam si quis consilio, vsu, ministerio, officio, popularem comprehendat gratiam, aut si quis periculum suum pro vniuersa plebe offerat; non est dubium, quin tantum charitatis à plebe in eum refundatur, vt populus salutem eius, & gratiam sibi præferat. Quantas Moyses à populo Dei illatas absorbebat contumelias, & cum Dominus in insolentes vindicare vellet, se tamen pro populo offerebat frequenter, vt indignationi Diuina plebem subduceret. Quam miti in sermone post iniurias appellabat populum, solabatur in laboribus, delinibat oraculis, fouebat operibus, & quâuis cum Deo constanter loqueretur, homines tamen humiliter & gratâ appellatione assari solebat: & sic sibi rotius

plebis mentes deuinerat, vt plus eum pro mansuetudine diligerent, quam factis admirarentur. Quid eius imitatores? Dauid electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis & blandus, humilis spiritus, sedulus corde, facilis affectus. Ante regnum se pro omnibus offerebat, Rex cum omnibus æquabat suam militiam, & patiebatur laborem, fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in comicio, ferre magis promptus, quam referre iniurias. Idem tam charus erat omnibus, vt iuuenis ad Regnum, & inuitus peteretur, resistens cogebatur, senex ne prælio interesset, à suis rogaretur, quod mallet omnes pro ipso periclitari, quam illam pro omnibus. Ita sibi gratis officium plebem obligauerat &c. Etenim ad incentiuum charitatis communis plurimum proficit, si quis dicem amantibus reddat: nec minus redamare se probet, quam ipse amatur. Dauid diligit à subditis, quam timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis seruat excubias; nescit diuturnitatis custodiam. Itaque vbi timor decesserit, audacia obrepit, quoniam fidem non timor cogit, sed affectus exhibet. Prima ergo ad commendationem nostri est charitas. Et c. 19. hæc addit: affabilitatem sermonis diximus ad conciliandam gratiam valere plurimum: sed hanc volumus esse sinceram ac sobriam, sine vllâ adulatione ne simplicitatem ac puritatem alloqui debeat sermonis adulatio. Quales haberi volumus, tales simus: & qualem affectum habemus, talem aperiamus. Et hanc quoque ob causam Christi charitas imitanda commendata est Superioribus in Bullâ Apostolicâ. Nemo enim ad plenum potest exprimere, inquit B. Laurentius Iustinianus, delectabilem Filij Dei conuersationem, quoad vixit in carne. Nullus ipsius erga fideles sollicitudinem, familiaritatem, dilectionem notificare sufficit. Tanquam vnus illorum erat cum ipsis, imò eorum minimus, quippe qui non ministrari venerat, sed ministrare. Sic afficiebatur singulis quem admodum mater quædam vnicum amat alumnium.

Porro friuola est eorum excusatio, qui putant hæc domesticos tractandi ratione, facturos iacturam debite apud subditos reuerentiæ, & filialis timoris. Fallitur opinio: quamuis enim sine hac Ignatianâ comitate, & humanitate, excipiendo aduentantes, vel occurrentes, cum quadam grauitate despoticum spirante imperium, & auctoritatem Iudicis, non Patris redolentis, metum subditis, & spiritualibus filiis incutiant, & extorqueant seruilem potius, quam filialem sui venerationem; tamen magnam faciunt iacturam filialis benevolentia, & sinceritatis ac confidentiæ, quæ in subditis magis est necessaria, quam metus, & veneratio Superiorum auctoritatis, quæ nunquam deerit. Malus contraque, benevolentia fidelis est vel ad perpetuitatem. Qui in libera ciuitate vti est nostra Societas, quæ à Superioribus regenda est, vt dicitur in Regula 33. Summarij, in Spiritu amoris, & non eum perturbatione timoris, ita se instruant, vt metuantur nihil potest esse demeritis: itaque metus absit, charitas reuertatur ita facillime, quæ volumus & priuatis in rebus,

Et in Republica consequemur. Etenim qui se metui vo-
lent, a quibus metuantur eosdem ipsi metuantur necesse
est. Dicitur, inquit S. Bernardus Superiores allo-
quens, subditorum matres vos esse debere, non dominos:
scilicet magis amari, quam metui. Quae verba P.
Claudius citat in 1. ad Superiores epistola. Ideo
merito Sidonius Apollinaris lib. 1. ep. 2. laudans
Theodoricum Regem, scripsit: *Timeat timeri.*
Quod si hic aliquis quaerat, quibus modis
comparanda sit haec necessaria apud subditos,
de Superioris benevolentia, opinio: Respondeo
his eam comparari modis.
In primis illis ipsis, quos supra retuli viguisse
in S. P. N. Ignatio, per hos enim benevolae com-
mitatis modos, exprimitur illud S. Petri moni-
tum, quo iubet Seniores *pascere gregem Dei, non
dominantes in Cleris.* Et alterum S. Bonaventurae
Superioribus traditum: *Bonus Pralatus, agnoscat
se Fratrum suorum Patrem, non Dominum: ac ex-
hibet se eis Medicum, non Tyrannum.* Hinc S. Bernar-
dus ponderans illud à S. Petro scriptum, & il-
lud Christi Luc. 22. *Reges gentium dominan-
tur eorum: vos autem non sic, Planum est, inquit,
Apostolus interdicitur dominatus. Audiamus edictum:
Qui maior est vestrum, fiat sicut minor: & qui praes-
tor est sicut qui ministrat.* Forma Apostolica haec est:
*dominatio interdicitur: indicitur ministratio. Quae &
commendatur ipsius exemplo Legislatoris, qui adun-
git: Ego autem in medio vestrum sum, tanquam qui
ministrat.* Atque hoc ipsum S. Spiritus etiam in
Lege veteri, alioqui durâ, & quasi despoticâ,
commendavit, dum per Ezechielem Prophe-
tam damnavit despoticum gubernandi mo-
dum. *Cum austeritate imperabant gregi, & cum po-
tentia.* Hoc ne in Societatem irreperet, Iulius 3.
in Bullâ illâ, quae iudicio Congregationis Ge-
neralis nostrae s. Regulam Societatis continet,
praescribit Praeposito Generali Societatis (& in
eo omnibus Superioribus) *ut in Pralatione sua be-
nignitatis ac mansuetudinis, charitatisq. Christi, Petri,
Paulique formula sit memor.* Tres personas Super-
ioribus imitandas proponit: In primis Chri-
stum Dominum, quem scimus & discipulos
Petrum & Thomam post eorum lapsum tam pa-
terè tractasse, & Magdalenam, & alteram mu-
lierem in adulterio deprehensam, etsi à Magi-
stratu Ecclesiastico accusatam ac convictam,
quia compunctas vidit, benignè excepisse, &
suaviter dimisisse. Quo facto docuit, quales esse
cupiat Moderatores animarum, ut illis, & ipsi
peccantes sua exponant peccata (vti fecit Ma-
gdalena) & alij etiam malevoli, aliena corrigenda
manifestent, vti fecerunt Pharisei, a adulterâ
accusatores. Si ergo ipse Dominus, inquit B. Laur.
Iustinianus, cuius vniuersa sunt oues, comparitur de-
linquentibus, & ad se per poenitentiam redeuntibus,
nunquam misericordiae claudat viscera, poterit non sub-
stitutus, & seruus, cum austeritate, humanitate postpo-
sita, gregem sibi creditum disperdere, opprimere, dela-
mari: &c. Non pariformiter pastores animarum, &
Lancij Opse. Tom. 2.

Reges gentium, ac saeculares Principes, subditos guber-
nare oportet. Sanè Principibus cum terrore licet regere,
Ecclesiasticis verò Praesulibus cum charitate & lenita-
te. Illi tanquam Dominis, istis autem vti Patribus. Illis
cum seueritate punire, istis verò cum moderatione &
mentis compassione corrigere &c. Hoc proficèd tunc,
Christi secum cooperante virtute agere valebunt, cum
plebem fidelium in visceribus suscipient charitatis, &
vnumquemque complectendo compassionis brachiis,
tanquam fratrem, & filium diliget, & veluti cohære-
dem, & participem futurum caelestis Regni, fouere
atque adiuuare curabit. Quocirca pòpatica que-
dam grauitas in imperando, vitanda est Super-
rioribus. Non succedunt aequè benè nimiam
authoritatem praesferentia imperia. Dicebat L. s. libel-
quidam senex in vitis Patrum: *Quia si quis cum
humilitate & timore Dei iniungat fratri aliquid fa-
cere, sermo ipse qui propter Deum egreditur, facit fra-
trem illum suum subiectum existere, & implere, quod
fuerit imperatum: si autem quis volens iubere Fratri, &
hoc non secundum timorem Dei fecerit, sed contra per
auctoritatem, volens sibi in eo potestatem defendere,
Deus, qui videt occulta cordis, non permittit eum audi-
re, vel facere, quod iubetur. Quod à Deo est, cum humi-
litate, & obsecratione imperatur, quod autem ex pote-
state cum furore, & perturbatione, vti pote quod à ma-
ligno est. Hanc ob benignitatem, primum veteris
Ecclesiae Praesidem Deus Moysem elegit, vti
obseruauit S. Hieronymus, *Dux ille Israelitici
exercitus, inter cunctos homines, quos tunc terra gene-
rauit, mansuetissimus pradicatur. Ideo per 40. annos
obtinuit Principatum, quia potestatis superbiam, leni-
tate, & mansuetudine temperabat. Lapidabatur à po-
pulo, & pro lapidantibus rogabat: quia potius delicti
ipse vult de libro Dei, ne commissus sibi grex pereat.
Cupiebat enim illum imitari Pastorem, quem sciebat
etiam errantes oves suis humeris portaturum.*
Petri quoque & Pauli formulae Superiores
in benignitate ac mansuetudine vult esse me-
mores, quia vtriusque regimen benignum ac
mansuetum fuit.
Idè enim Petrus ita iussit pasci à Superiori-
bus gregem Christi, ne viderentur ob duram
& crudam gubernandi rationem, *dominari in
Cleris.* Idè teste S. Clemente Romano (quem
suum in Pontificatu Romano reliquerat suc-
cessorem) Superiores appellauit *Medicos*, vti ita
tractarent subditos, imperfectos quoque, vti
solent discreti Medici suos, quos susceperunt
curandos, infirmos. Hinc ipse nō imperans, sed
rogans suos allocutus est: *Charissimi, obsecro vos,
abstinere vos à carnalibus desideriis, quae militent ad-
uersus animam.*
Pauli quoque in regendis alijs formula, tota
spirabat Christi benignitatem, ac mansuetudi-
nem. Ex hoc enim fonte procefferunt eius mi-
tissima monita & exempla. Idè etsi essent in-
sensati Galatae, vti eos appellat, & non obediētes
veritati, & stulti, & carne consummati, instruens ta-
men Superiores eorum, ita monet: *Si praecipua-**

15. n. 73.
Rofv. p.
628. n. 73.
18.
epist. ad
Theo-
philum
adu. cir.
10. Hier.
19.
ep. 1. ad
Iacob.
1. Pet. 2.
11.
Gal. 3. 1. 3.
Gal. 6. 1.
K 3

tu fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu teneris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quae verba ponderans S. Chrysostomus in Commento: Ut ostenderet, inquit, eos vehementer mites esse oportere, non dixit (in mansuetudine) sed in (Spiritu mansuetudinis) declarans, hac etiam placere Spiritui, quippe cum hoc ipsum, posse cum humanitate corrigere peccantes, doni sit spiritualis. Deinde, ne qui corrigit alterum, effertur animo, & ipsum, eidem timori subiecit, ita loquens: (considerans te ipsum, ne & tu teneris) Corrige ergo fratrem, sed cum mansuetudine, demoris incurSIONem accusans magis, quam animi negligentiam. Verbum enim dulce, reple Spiritu S. & experientia, multiplicat amicos, & mitigat inimicos.

Ecclesi. 6. 5.

Hoc Paulus etiam suis confirmavit exemplis, uti & Petrus. Nam rogantis, non imperantis instar suos regebat. Hinc ad Romanos scribens de re magni momenti, & ad salutem necessaria, sic scribit: Obsecro vos fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. Et ad Corinthios scribens: Obsecro vos, Fratres, per nomen D. N. Iesu Christi, ut non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eodem sensu. Et alio in loco: Obsecro vos, Fratres, ut & vos subditi sitis eiusmodi & omni cooperanti & laboranti; Et ad Ephesios sic scribit: Obsecro vos, ego vinculus in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia &c.

1. Cor. 1. 10.

1. Cor. 16. 17. 16. Eph. 4. 1.

20.

Ex quibus Apostoli locis, primum ponderans S. Petrus Chrysológus: Medicus, inquit, austeram remedia cum percipere persuadet aegrotos, agit precibus, non compellit imperio: sciens infirmitatis, non voluit aetis esse, quod salutaria respuit, quoties profutura repellit infirmus. Et filium pater, non potestate, sed amore ad rigorem pertrahit disciplina, non ignorans, quam sit aspera immaturis sensibus disciplina. Et si corporalis infirmitas ad curam, precibus sic movetur, si puerilis animus vix ad prudentiam ducitur blandimentis, quid mirum, si Apostolus, qui semper est & Medicus & Pater, humanas mentes morbis carnalibus sauciatis, ut ad remedia divina subrigat, sic precatur: Obsecro vos per misericordiam Dei &c. sed quare non per virtutem: quare non per Maiestatem, non per gloriam, sed per misericordiam Dei? quia per ipsam solam & Paulus crimen persecutoris euasit, & Apostolatus tanti adeptus est dignitatem &c. sic rogat Paulus: imò per Paulum rogat Deus, quia non tam Dominus esse vult, quam Pater.

21. 1. 2. Offi.

Agnoverunt hoc Dei sapientissimum artificium etiam Ethnici. Difficile enim dictum est, inquit M. Tullius, quantoperè conciliet animos hominum, bonitas affabilitasq; sermonis. Extant epistola & Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Cassandrum, & Antigoni ad Philippum, trium prudentissimorum, quibus precipiunt, ut oratione benigna, multitudine animos ad benevolentiam alliciant.

22.

De loco verò ultimo Apostoli supra citato disserens S. Chrysostomus, Praeceptorum, (scilicet

Superiorum) inquit, virtus est, nihil honoris, nihil gloriae subditis, sed salutem ipsorum querere: qui enim gloriae quatit, tyrannus est. Non enim propterea re Deus illis praefecit, ut manus acquiras obsequium, ac famulatum, sed ut neglectis rebus tuis, quicquid illorum est, rive dispenseret ac adficeret. Hoc videlicet Doctoris est: Talis erat B. Paulus, qui quidem omni fastu liber, non aliter erat affectus, quam vulgaris quisquam, imò & minimus ipsorum. Propterea & seruum eorum se ipsum vocat, & potissimum per supplicandi modum loquitur. Et nunc vide, quam nihil imperiosum, nihil authenticum, sed contractum, ac submissum scribat. Hortor itaque vos, inquit, ego vinculus in Domino, ut ambuletis ita, ut exigit dignitas vocationis, qua vocati estis. Neque enim dicit: Hortor ego vos, qui verba ineffabilia audiri sed quid? Hortor, inquit, vos ego vinculus in Domino. Sic etiam scribens ad Philemonem, Multam, ait, fiduciam habens in Christo Iesu, imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Quasi dicat, inquit Theodoretus: Cum postim tecum audacter agere, & iubere, hoc non facio, sed adhortationem adfero.

vest. 8.

in Com.

23.

Discant ergo, inquit S. Hieronymus, ab apostolo, errantes & insipientes Galathas fratres vocari: discant post increpationem, blanda verba dicentis: Obsecro vos. Ideo merito P. Euerardus in sua ad Societatis Superiores epistola scriptam reliquit: Quantum, pag. 66. scilicet n. a. nis subditi ab exacta obedientiae ratione desiciant, humana tamen imbecillitas, magnam sane industriam amorisq; significacionem à Superioribus deposcit. Apertum enim est, rationem usque ipsi quodammodo postulare, ut quemadmodum nostri homines se per summam liberalitatem Deo Dominoq; nostro confecerant, sic à Superioribus excipiantur eodem amoris sinu, ac tractentur.

Ideo, ut supra vidimus, S. P. N. Ignatius in regendis alitis, rogantis instar non praecipiens se gerebat. Ideoque libentissimè illi omnes Subditi sua pandebant secreta.

Porro, quando defectus exigunt acrimoniam ducta reprehensionis, eam non faciat furor reprehendentis, sed comminatio commiseratione condita malorum subsecutorum (si defectus illi non emendentur) & poenarum, quibus Deus solet afficere iis deditos defectibus, & de emendatione eorum non sollicitus. Metus enim denunciatis supplicij, inquit S. Chrysostomus, cum tanquam ignis in ceram, in eorum conscientiam, qui peccant, incidit, delicta dissolvit ac discutit, dum semper imminet, & puram ac splendidam mentem reddens, maiorem fiduciam nobis inserit &c. Et quemadmodum, qui acerba medicamenta (non ex modo ea porrigendi, sed ex te ipsa, corde & ore benigno explicata) porrigit, iis, qui stomachi vitia cibos fastidiunt, ac praeus expurgat humore, delectum excitat appetitum, & efficit, ut maiore alacritate consuetos cibos degustent; sic nimirum is, qui acerba proferet verba (modo supra dicto) praeus mentem cogitationibus purgat & graue peccatorum onus excutit; efficit, ut conscientia respiret, ac multà cum voluptate Domini-

f. de non

condo-

nando ad

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

gratiam.

num Corpus degisset. Et alibi idem S. Chryso- stomus bene docet in corporum curatione non mediocriter, immo plurimum ad abigendam agricul- tinam conferre solere, ut occasionem agritudinis dicat agrorum. Neque enim tantum hoc cognito, liberabitur morbo, quo detinetur, sed nec in eum postea incidet, ubi causam intellexerit, ex qua in eum semel incidit, & sibi ab ea cavebit.

CAPVT TERTIVM.

De providendis à Superioribus rebus vsui subditorum accommodatis.

PRæter hanc benignam, mansuetamque a- gendi cum Subditis rationem, sunt adhuc quedam alia Superiori necessaria, vt ei se syn- ceter aperiant subditi, tum aliàs, tum quando reddunt rationem sue conscientie.

Quartò (vt à vilioribus rebus incipiam) fu- gere debent iustam opinionem paritatis: idèò provideant omnibus necessaria, circa victum, vestitum, lectum, medicinas, viaticas, & his simi- lia. Per hæc enim quoque, iudicio S. Gregorij Papæ, subditi mouentur ad suas Superioribus conscientias detegendas. Boni, inquit, Rectores, etiam summa contemplan- do appetant, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur. Quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit, & cum benig- ne descendit ad infima, valenter recurrit ad summa. Tales autem sese, qui præsumunt, exhibeant, quibus subiecti occultis quoque sua prode- re non erubescant: vt cum tentationum fluctus paruuli tolerant, ad Pastoris men- tem quasi matris sinum recurrant: & hoc quòd se in- quinari pulsantis culpa fordidus præuident, exhortatio- nis eius solatio, ac lacrymis orationis (à Superiore fuit) lauent. Prudentis Patris familiaris hoc semper est proprium, inquit B. Laurentius Iustinianus, vniuf- cuiusque sibi subditi curam gerere, singulorumq; neces- sitatibus providere, nullum spernere, nulli commoda opportuna subtrahere, quin potius omnes corporali pa- bulo alere, vniuersas salutari doctrinâ imbuerè, cun- ctisq; iuxta singulorum necessitatem, ac qualitatem, vt filios, charitatis brachijs astrictos tenere. Id probat exemplo Christi, qui non rogatus, paup̄ tot millia se sequentium, miseris eorum, & tot in- firmos curauit, & nullus postulationem humi- lem sine effectu esse permisit. Hanc Christi cha- ritatem imitabatur P. Io. Baptista Piscator, qui multis annis & Romæ, & Neapoli Rector, & simul Nouitiorum fuit Magister, tandem cum Collegio Neapolitano præfesset, Sanctè ibi mortuus anno 1591. de quo illius anni Annuæ sic scribunt: Tamtã erat in singulos curâ, ac diligen- tiâ, vt eundem omnes tam supra se esse scirent, quàm pro se esse, neque arbitraretur quisquam se non vnicè diligi, aut suspicaretur, præferri sibi alium in amore; atque hæc omnia sine vilo artificio.

Et quod nostris Ministris præscribitur, vs

obseruet crebrò numquid desit ex necessarijs; hoc potiore iure Rectores, sui esse existiment mune- ris, vt ita eorum maior hac in re eluceat prouid- entia, sicut maior apparet officij auctoritas. Principale est virtutis, inquit S. Ambrosius, inchoa- re à beneficijs, & præseminare gratiam. Vnde & Da- uid: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Præcedit beneficij gratia, sequitur censura sobria disci- plina. Non enim sperandum est, vt subditi ea exequantur, quæ debent, si Superiorem parcum experiantur, & necessaria negantem, vel non credentem, subditos ijs verè indigere, quæ pe- tunt, & dum petunt ordinaria, & alijs concedi solita, truci vultu eis dicentem: Hoc petere, non est Religiosorum, sed immortalis: est hæc vestra imaginatio, non necessitas, & his similia. Idèò tunc non exiget cum fructu religiosam ab ijs disci- plinam. Quocirca S. Chrysostomus exigens ob- seruantiam legum Ecclesiasticarum à suis, me- ritò id hæc eis ratione persuadere conatur: Ne nunc quidem vobis deesse quicquam potest: Ego enim, vt omnia, tam in indumentis, quàm in calceamentis, ac Fratrum alimentis, eadem, quæ prius, copiâ & as- fluentiâ suppeditentur, imperavi, &c. Quod si nos tan- tam vestri curam gerimus, multò sane magis vos etiam (cum, quæ opus sunt, abundè vobis prolixèq; suppetat) quæ vestrarum partium sunt, præstare conuenit. Alio- qui, dum non habent necessaria subditi, non præstant, quod debent, præsertim difficilia, vt est manifestatio conscientie: immò & alij, qui- bus nihil deest, moti commiseratione eorum, quibus vel in infirmitate, vel in laboribus, non suppeditantur necessaria, auertantur à Superio- re. Bene enim obseruauit Demosthenes: Rebus necessarijs nonnullos priuare, est, multos homines redde- re maleuolos, & à rebus publicis alienos. Idèò S. Basi- lius docet, in procuratione rerum ad vsu Fratrum necessariarum curam ac sollicitudinè suscipere nos oportere, in eog, voluntati Dominice satisfacere. Quod statim his Christi Domini verbis & exemplis confirmat: Venite benedicti Patris mei, percipite pa- ratum vobis regnum à constitutione mundi: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere erã, & venistis ad me. Quibus illa mox adiunguntur: A- men dico vobis, quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Cum subleuasset ergo ocu- los Iesus & vidisset, quòd multitudo magna venit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes vt man- ducent hi? &c. Hæc S. Basilij verba, & his plura. Idem alio in loco, modum, quo necessaria præ- benda sint, tradens, ait: Clementer occurri debet necessitati corporis subditorum, & ipsorum cura geri, iuxta illud: Misereor turbe, quia triduo iam perseue- rant mecum, & non habent, quod manducent; & di- mittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in viâ. Sanè Christiana charitas ad id compellit etiam læ- culares. Illa enim, vt ait B. Laurètius Iustinianus, tribuit cum simplicitate, propria facit communita, lu-

Reg. f. Min.

I. de Arcâ & Noë c. 1.

26. ep. 123. ad presbyt. & mon. Phœni- cia.

27. or. 4. Cõe. Philip. Mor. Reg. 48. c. 6. Matt. 25.

Mor. Reg. 70. c. 21. Mar. 14.

de casto conub. c. 21. col. 4.



crari se putat, cum, quod habet, erogat: quia non homini, sed Deo, non carni, sed verbo prestare existimat. Ideo non in terrâ thesaurizat, sed in celo; non temporalem, sed aeternam consequi exoptat mercedem.

Quod si quaeras, in quo sita sit parcitas à Superioribus vitanda? Respondeo, Signa, & effectus parcitatis esse illos, qui infra annotati sunt in malâ curâ infirmorum n. 12. & seq.

Deinde, sunt hæc quoque signa certissima & effectus nouercalis & execranda parcitatis: Famulis domesticis non citò debita stipendia dare, & promissa differre: Artifices malè contentos dimittere, solutione datâ insufficienti, vel nimis tarde: Negare potum, & collationem studiois, alijsque, dum non ex obligatione, sed ex humanitate domi vel in componendo theatro, aut in templo laborant: Magistris, & Cathedristis non suppeditare necessaria, pro præmijs distribuendis, uti sunt imagines, & his similia: Libros nostris domesticis non providere, multò magis vestimenta, & calceamenta æstiuâ, & hyberna, & quæ ad victum necessarium spectant: Tardius iubere caleferi hypocaufta, vel indicere cessationem à calefactione, dum adhuc sunt acria frigora in Martio, vel Aprili, Ex crassiore, vel viliori panno, quam usus communis ferat, vestes parare, aut negare pallia, & his similia descendentibus. Cum pisces recentes haberi possunt, dare siccos, & salios, præsertim in vere, æstate, & autumno. Assistere Officiali, portiones carnis vel piscium scindenti, antequam coquantur, & iubere ut parua scindantur, minores, quam alij in Domicilijs bene ordinatis. Dare duo tantum fercula diebus ieiuniorum, vel alijs, dum solent alibi dari tria. Antipastum vespertinum, ex reliquijs carniū parari solitum, dare manè, quando ex integrâ carne dari debet. Primitias vel Renouationem votorum, vel inuitationem hospitem datâ opera ad illud festum differre, in quo, sine aliâ solennitate solent dari plura fercula, quam alijs diebus festis & ita vnâ fidelis, ut dicitur, dealbare duos parietes: Cibos ferie secundæ dare feria tertia, quando feriâ secundâ fuit festum. Tristari quando festum incidit in feriam secundam & quartam, eò quòd tunc debeat dari melius prandium. Mulsam vel vinum dare deterius Fratribus, melius sibi & præcipuis Patribus. Vespere ad cœnam loco antipasti carniū, quod debet dari die carniū, dare iusculum, cum illud etiam cum carne elixa eodè tempore dari soleat. Carnem aprinam, vel veruecinam dare frequentius, quam sit mos communis in Prouinciâ, & vix aliquando præbere carnem vitulinam & auium. Durum panem præbere, ut minus è pane absumat. An copiâ ouorum, dare iuscula sine ouis, illis diebus, quibus caro non datur, & oua comedi possunt. Calcos peiores, & alia olera dare domesticis,

vendere verd meliores. Linteamina lecti, & mappulas rectorij ac mantilia rariùs mutare, quam præscriptum sit in Regulis: Eleemosynas perentibus negare: lecheria sufficientia pro hyeme non providere: Eximere signa è fornacibus, tanquam nimia, cum vere iudicio aliorum non sint nimia: candelas non præbere sufficientes in ambulacris tempore tenebrarum, aut prorsus nullas concedere, aut pauciores, quam exigat necessitas, ut si assidentibus sex personis in triclinio, vna tantum illi mense præluceret, candela, cum pro tot duæ sint omnino necessaria, ut, qui comedit, possit discernere fragmentum carbonis, vel muscâ, aut araneum à grano piperis, vel particulâ petroselinî, aut carnis, piscis, &c. Prohibere ne tempore meditationis candela vlla ardeat in loco meditationis (cuius somnè & somnuli accet, & ad attentionem in oratione conuoluit.) Minores solito sextarios vini & pocula mensis adhibere: portiones carnis, vel piscis, aut casei, aut fructuum mirores, quam sit præscriptum, dare, vetare, ne in hyeme famillia calefiant hypocaufta, quæ alibi solent caleferi, & ad vniū hypocauftum calidum plures, quam in alijs nostris Domicilijs soleant, vel externos famulos, vel Nostros compellere. Hæc & his similia sunt certa signa & effectus parcitatis: quæ propriè loquendo, ut ait S. Thomas, est in eo, qui parum dat: si autem nihil det, est tenax: si eò magis diffidere, est chimbilis, quasi chimini seu cimini venditor, quia de paruis magnam vim facit. Quæ omnia sunt à Superiore bono vitanda.

Porro in suppeditandis rebus necessarijs, quatuor rerum habenda est ratio: *Primo*, ne maioribus afficiantur beneficijs ea non promeriti, neglectis alijs, qui magis ea merentur, sed minore gratiâ apud Superiorem (ut vocat, partialem) pollent, conciliatâ non virtute, nec meritis, sed aut assentatione, aut communionem sanguinis, vel patriæ, aut veteris olim in alio statu amicitie. Auertit hæc partialitas etiam bonos à Superiore animos, præsertim dum ad altiora officia, minus communi iudicio meriti, & idonei, per eos promoti eernuntur; & ut ait S. Gregorius Nazianzenus, *vinu diceula stratio, velut simulacra ex argilla finguntur.*

Habent Superiores Christi exemplum admirabile, cui etiam esset Ioannes charissimus, ideoque per antonomasiam tanquam discipulus, quem diligebat Iesus, in Sacris literis celebratus, & ob virginis candorem uti SS. Patres aiunt, amatus præ cæteris, non tamen est omnibus regendis Christi ouiculis, & agnellis præpositus, sed Petrus, & statu matrimonij antè initi, & negatione trinæ Christi, minus Ioanne commendatus. Quod præclare commendat B. Laurentius Iustinianus his verbis: *Vniuersorum Christi Congregationes, familiaq; regentium hoc inesse debet peccatoribus, ut ita se vniuersim communi, singulis,*

lis, quatenus vni alteri inuidere non liceat. Sic infirmos sanare studeant, vt non negligant forores. Curam gerant omnium habeant & singulorum. In precordiis suis cunctos charitatis vinculis ligatos teneant, ita, vt apud illos non sit acceptio personarum, neque particularis affectio, que conuenientium animos turbare solet, seu obtutus offendere, alioquin linoris ac murmuris materiam germinabunt, sicutq; in subditorum laqueum, qui disponente Deo ad adiutorium constructi sunt. Audiatur, qui inconsulte regunt, quod de ipsis dicitur (sermo Sap. 6.) contineat: Iudicium (inquit) diuinitus fiet in ijs, qui presunt, &c. Qui presidet, pacem habeat in se, pacemq; in suo grege custodiat, quatenus vnanimes sint, & non sit in eis schisma, aut emulationis materia. Non preferat potentiorum infirmiori, nec ignobili nobilem, nisi rationabili necessitate cogente. Inuitetur Mediatorem Christum, qui propter carnis prosapiam, neminem pretulit, neque ob natalium contemptibilitatem vllum repudiavit. Pacificant vniuersos credentes in se, vt essent solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis.

Secundo curet Superior, ne omnes aequali modo tractentur, inaequali pressi necessitate, sed illi melius, qui magis indigent, maiora auxilia exigente vel aetate, vel imbecillitate, vel laboribus. Vt enim apta id similitudine Sanctus expressit Basilus; Quomodo vestimentum, quod contractus est, a meliori statuta corpori conueniri non potest, ita quoque contra, quod iusto statuta habile esset, id exiguo corpori non conuenit, sed quicquid vnicuique aptum est, id vtile est, & commodum, utem quoque seruari in reliquis rebus idem debet, vt lectus videlicet, stragula vestes, vt calidum indumentum, calceamentum, eius sint, quibus valde hu opus sit, non autem eius, qui illa possidet. Vt enim medicamento non uisitur, qui sanus est, sed qui sanus, sic pietatem, que leuandi corporis causa inuenta sunt, is vti debet, non qui delicatulus est, sed qui imbecillus est. Haec non seruant illi Superiores, qui vel peculiaribus suis amicis, quos non ob spiritualia, sed politica moriua caeteris magis amare & curare, cum multorum offensione, cetnuntur, vel Patribus magna authoritatis, solo amicitiae vel authoritatis intuitu, meliora attribuunt, licet minus egeant, inferioris autem conditionis fraterculis, vel Patribus, magis indigentibus, ea negant, damnato a legibus Diuinis, & humanis personarum respectu, multarum in communi hominum conuictu, amaritudinum ac perturbacionum origine. Decet Pastores Ecclesia, inquit, B. Laurentius Iustinianus, Omnes sincere affectione diligere, atque in hominibus eorum amare veritates, illosq; amplius, quos gratia commendat & vicia. Nulla in illis sit personarum acceptio, nullaq; sedis amoris collusio, egenum & locupletem, ignobilem aequae ac nobilem, paternam charitate suscipiant. Meminerint admonicionis Iacobi Apostoli (Iac. 2.) dicentis: Fratres mei nolite in personarum acceptione fidem habere. D. N. Iesu Christi gloria, &c. Alienata profus ab illo omnis esse debet immoderata (erga hunc po-

tius, quam illum) affectio, quae facile a iustitia calle denari compellit. Mulcet quippe amantis animum, alio licet, super atq; ita, vt dilecto etiam, quod Deo minus est placitum, denegare non audeat. &c. Quamobrem Pastores animarum, tanquam caeteris perfectiores, nedum impudici amoris opera, verum etiam inordinata affectionis motus, de cordis sui debent rescare habitaculo, vt impollutum sit, & Sanctum dignumq; ad suscipiendum Dei Verbum, quoties in istud eadem reclinare libuerit.

Tertium, cuius habenda est ratio, in tribuendis rebus ad corporis, laborumque honesta comoda spectantibus, est, vt non tantum necessitati in summo rigore accepta, quantum satis est ad arcenda incommoda, & sanitatis damna vel pericula, prouideatur, sed etiam decentiae honestae habeatur omnino necessarius respectus. Exempli gratia: Posset Sacerdotis primarij, vt sunt Confessarij Principum, celebres Concionatores, Professores altiorum facultatum, & his similes, qui assidue, vel saepe viros Principes officij, vel negotij causa omnino adire coguntur vel iubentur, posset, inquam, a talibus personis, veste lappis plena, pallio penitus attrito, & semilacero, frigus arceri: id tamen magnam in Superiore paritatem, & suorum neglectum, ac prouidentiae defectum argueret, si non vestirentur melius, spectata non tam personae, quam Officij, occupationisque conditione, conuenienter vestitum omnino exigente.

Hanc ob causam discretissima S. P. N. Ignatij Sanctitas, non solum necessitatis, sed etiam conuenientiae, seu decori haberi rationem a Superioribus voluit, & pluribus in locis Constitutionum Sapientissimè sanxit, vt attendatur non tantum ad id, quod necessarium est, sed etiam ad id, quod conuenire iudicabitur: tum circa occupationes, & alia, tum nominatim circa rationem vestitus, victus & habitationis: habitum conuenienti ratione personarum in Domino, quantum considerata natura, consuetudo, officium, & alia personarum circumstantia patientur. Et expressè ait, posse Nostros, in occurrenti aliqua necessitate, vel occasione, vestibus melioribus, honestis tamen indui.

Quam ad rem accommodari potest illud S. Augustini monitum: Temperatus, respicit non solum necessitatem huius vitae, sed etiam Officiorum.

Vidi ego Romae plures S. P. N. Ignatij vestes, & exteriores & interulas, vt vocant; vidi saepe multas indusij eius particulas, & rubram subuculam, & pileum quadratum Augustae: & acutate inspiciendo omnia, agnouit, & subtiliore telà eum habuisse indusum, quam nunc sint Albæ communes in Sacristijs huius Prouinciae Bohemicae, in qua haec scribo, & quam nunc communiter dentur Fratribus & Patribus indusum in alijs Prouincijs, quas incolui, vti & pannum pilei eius quadrati, longè subtiliore, eo, quem circumferimus in pileis similibus.

Tuntes

11. de
12. ad
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.

30
31
32
Ex. c. 4. §.
27. Et i. p.
Const. c. 1.
A. Et 3. p.
c. 1. §. 11. Et
4. p. c. 1.
C. Et 6. p.
c. 2. in vit.
C. bis. Et
§. 4. §. 11.
16. 24. 3. p.
c. 2. §. 3. &
C. & c. 1.
Era F. &
6. p. c. 2. §.
15. 16. in
Declar.
M. N.
de morib.
Eccl. c. 21.

Tunica quoque, seu ut alibi vocant, Sotanna, non erat quidem ex panno pretiosissimo, non tali tamen, hoc est, non tam crasso, nec tam vili, & hispido, qualis hoc tempore, & in Moravia, & in Bohemia textitur; sed longè meliore, quàm sit ordinarius, quo Sacerdotes Ordinarios & Fratres Scholasticos vidi his, annis in hac Provincia Bohemia, in quâ hæc scribo, vestitos. Quod ad perpetuam rei memoriam hic scribere volui, ob posterorum instructionem, ne quæ aliquando spiritus peregrinus inuadat, panno crasso, & rustico, et si nigro, Nostros vestiendi; qualem quidam Pater Hispanus meo tempore, à dæmone illatus, conatus est (irrito conatu, nam reiectus fuit à Clemente 8. quem vsque Ferratiam insecutus fuerat) per Clementem 8. in Societatem inuohere, quâ magis paupertati conformem: non aduertens Societatem profiteri, non eremiticam, sed Clericali Statui, cum hominibus agenti, convenientem paupertatem, & similem paupertati Christi Domini, cuius inconfutilis tunica fuit non confecta è crasso, & agresti panno, rusticorum proprio, sed ex sat subtili, & honestorum ac nobilium viro- rum, illo seculo, proprio, quæ adhuc Romæ in templo S. Ioannis Lateranensi videntur: vii & vestis ac indusium Beatissimæ Virginis Mariæ ex tenui sat, & decenti materia, ac honestis personis, non plebeijs, conueniente, uti oculis propriis non semel vidi.

31. Oculatos ergo esse oportet Superiores hac in re, non solum rigide necessitati, sed etiam decoræ conuenientiæ, ac honestæ urbanitati prouideant. Hinc Deus ipse miraculo correxit temerarium S. Ephrem Diaconi iudicium, dum S. Basilium Episcopum contempserit ob meliorem, quam ipse esset, veste indutum vidisset, ostensa lingua ignea ex ore S. Basilij procedente. Quocirca inter Regulas à Christo Domino traditas circa modum regendi Moniales, curæ B. M. Magdalene de Pazzis concreditas, Secunda Regula fuit eiusmodi: *Procurabis iuxta tuum posse, & gratiam, quam tibi dabo, habere tot oculos, quot animas tibi concedam.* Et Reg. 8. *scias, sicut ceruus aquas, die ac nocte exercere charitatem in membris meis, asimando debilitatem & fatigationem corporis tui (scilicet in curâ subditarum acquiratam) quantum terram, quæ est calcata.* Et Reg. 9. *Conaberis tantum, quantum tibi concedam talenti, esse cibus famelicus potus sitibundus, vestis nudus, hortus in carceratorum, & refrigerium afflictorum.* Reg. 10. *Cum mundanis sis prudens, sicut serpens, & cum meis electis simplex, sicut columba: timendo illos, tanquam faciem vnius draconis, & has amando, tanquam templum Spiritus sancti.* Et Reg. 12. *Condescendes cum creaturis meis, sicut ego manendo in terra vsus sum cum illis summâ charitate, habendo semper in auribus illam sententiam mei Apostoli: Quis infirmatur, & ego non infirmor: Quod Christus Dominus huic Sæctæ eo fine dixit, ut Sororibus agrotantibus,*

non tantum necessaria suppeditaret, sed etiam honesta solatia, & in victu, & in aliis rebus: quæ, quia non omnino necessaria sunt, ad recuperandam sanitatem, sed ad recreandam infirmam, idè ea condescensionem appellare benignissimum os Christi dignatum est. Et Reg. 18. *Non priuabis vllam vllâ re (id est, non negabis petenti) pro quâ dandâ ei habes facultatem, si rogata fueris: nec priuabis vllam creaturam re ei concessâ, si prius non habebis in mente, me esse scrutatorem cordis tui & qui te debeo iudicare, cum potentia & maiestate.* His loquendi modis Christus Dominus commendauit huic Sæctæ, beneuolam liberalitatem etiam subditas, non tantum quoad necessaria, sed etiam quoad non necessaria, sed tamen conuenientia eis concedenda.

Quartum, cuius habenda est ratio Superiori, cupienti beneuolos habere & sincerè se apertientes subditos, est, ne expectet, donec ipsi petant necessaria, sed ipse vltro præueniat eorum preces, ipse inquirendo, an habeant necessaria, visitando cubicula, lectos, sollicitè videat, ne quid desit necessarium, imò & conueniens iusto subditorum solatio. Prebuit huius rei exemplum S. P. N. Ignatius, qui solebat diligenter inquirere minutissima quæquæ spectantia ad necessitatem Subditorum. Et cum P. Polancus admiratus tantam diligentiam, petisset ab eo, cur id faceret, cum immediatis Superioribus hoc curæ incumbat, Scias, inquit, Polance, me ita erga omnes esse affectum, ut libenter scirem si posses, quoties pulcherrime mordeat in nocte vnumquemque ex Fratribus meis. Idè præueniebat necessitates, non rogatus, suppeditando necessaria. Imitabatur Christi Domini charitatem, qui, ut scribit S. Clemens, solebat Discipulorum suorum sub dio dormietium, circa matutinum crepusculum (quod in æstate solet esse frigidius) nudos pedes regere, tantillum attractâ eorum superiore veste, quâ se noctu tegebant. Quod ipsum faciebat Nouitius noster P. Ioannes Baptista Piscator, celebris sanctitate Magister eorum.

Nec timendum est sanè, ut Domus ob liberalem tractationem & salium rerum concessionem delabatur in egestatem. Quin immodè experientia & historiæ Ecclesiasticæ doceant, liberaliores Superiores, & eorum Domicilia, ob liberalitatem erga Domesticos, & alios pauperes, vehementer ditari, quandoque non sine miraculo. Quibus ne quidem commemoratis & alibi, & in Annalibus Societatis sæpius descriptis, non possum omittere, præclarum Diuinæ institutionis exemplum, quo parci Superiores possunt, si Deo volunt fidere, cordis angustias cum moderatâ liberalitate commutare. Cum Complutense Collegium planè, quo sustineretur, haberet nihil, nisi emendicatam in diem summo labore, stipem, eamque, per angustiam, fortes, & pauperum Euan- gelicæ amantes socij, quod sollicitudinem P. Francisco Villanoua Rectori consueta alimenta parandâ leua- rent,

rent, obtulere paratos sese gelida sitim extinguere, & pulmento obsonio, omni carere.

Sed Franciscus insitit strenue primum, quæ Dei sunt, Deo reddere, tum corpori, quæ humana postulari condicio, non negare. Atque hic ut plenius ac minore negotio prouideret, cepit sua quadam prudentia eos, qui capiebant in Societatem admitti, quamquam idoneos morari, atque reuicere. Verum contra, ac sperarat, euenit. Ut primum ad Societatem aditum clausit, visus est fontem Divina pietatis obstruere. Tam subsidia, ne confecta quidem, quamvis diligenti conquisitione impetrabantur, quibus, quos admiserat, sustineret. Hoc Franciscus, qui vias Domini diligenter obseruabat, ut vidit, sui angustias animi incusans, de Dei bonitate confidens, caueos, quos prudentia carnis fixerat prudentia Christi reuellit. Locat aditum Societatem inire volentibus, ac profusus vsu venit, ut quo anno recepti plurimi essent, is pariter è fidelium pietate annonam ferret vberissimam, quæ in posteriores quoque annos redundaret. Hoc igitur experimento edoctus, dicebat postea, non tam Receptorius inopiam formidandam esse, quam ipsam inopie formidinem, quæ ex parua in Deo fiducia nascitur.

34. Preclare enim scribit S. Leo Papa, Nulla deuotione fidelium magis delectatur Deus, quam ista, quæ pauperibus eius impenditur, (qui autem maiores sunt pauperes, quam Religiosi, qui voto paupertatis se omnibus priuarunt?) & ubi curam misericordia inuenit ibi imaginem suæ pietatis agnoscit. Non timeatur in eis expensis defectio facultatum, quoniam ipsa benignitas, magna substantia est. Non potest largiri at is deesse miseris, ubi Christus pascit, & paschitur. In omni hoc opere illa interuenit manus, quæ panem frangit, & erogando multiplicat. Ideo S. P. N. Ignatius, ut audiui ab antiquis Patribus (noui enim circiter 30. ex eis, qui S. Patri contuicentur, & duos eius cubicularios, & curiosissimè singula quæque ab iis sciscitatos sum,) id eod. inquam, S. P. Ignatius emptori Domus professe præscripserat, ut ex tribus veluti classibus rerum in foro publico venalium, nil emeret pro cibo, & potu nostrorum, quod esset in primâ classe pro solis Cardinalibus expositum ad vendendum nec ex tercia, pro solis pauperibus & mendicis, sed ex mediâ, ex quâ pro Patriciis, Romanis, & nobilibus, res ad victum eorum emi solent. Cum enim noluerit nos Eremicolas esse, sed perpetuis laboribus mentis, & linguæ, ac deambulationis ad hospitalia, carceres, missiones, destinatos, videbat necessitatem prouidendi boni & honesti victus. Hinc cum haberet Procuratorem Domus paruum P. Porium, et aduocato iniunxit, ut feria 6. pro omnium prandio emeret lampredas, (quæ Romæ tunc pro solis Cardinalibus emebantur & viris Principibus) & cum is tergiversaretur, vixit bis, & tert, ut omnino emeret, tandem dimissum à se tristem, cogitantem de illis emendis, reuocauit, eique dixit: Se quidem non eo animo præcepisse ei emptorem lampredarum, quod tam pretioso ibi cibo suos vesci vellet, sed ut corri-

geret eius parcitatem, & difficultatem in suppeditandis rebus communitati necessariis. Non mirum, quia & Deo ipsi parcitas in Religiosis displicet. Ideo Dominus Alphonso Rodriguez reuelauit, ob defectum spei & parcitatem Receptoris (cui id ipsum Deus significari iussit) vineam Collegij destruendam à dæmonibus, ut contigit: Vidit enim Alphonso dæmones nubefensa, protrusa supra vineam, illam grandine frequenti penitus destruxisse: ut scribitur in eius virâ. Liberales verò Superiores Deus locupletat. Cum Pater Bernardinus Realinus esset Vicereceptor, iubebat abundanter dare vinum externis infirmis, & domesticis fabricis: unde factum, ut defuerint vini dolio septem vrnæ. Sed cum Minister P. Franciscus Riuiera cum Fratre Ioanne Antonio iussent ad cellarium, inuenerunt dolium plenissimum, quod postea valde diu durauit, & semper erat melius, contra morem illius climatis, in quo vinâ versus finem dolij sunt peiora indies. Mensæ assidens perpetuo circumspiciebat, ne quid vlli deesset, & videns aliquem non comedere cibum aliquem, statim iubebat coqui vel assari carnem meliorem, & quamuis tempus pro hoc non sufficeret, diuinitus fiebat, ut ante finem mensæ adferri potuerit bene cocta vel assa. Quod cocus iuratus afferuit in Processu eius Canonizationis. Hinc Deus ipse, dum miraculosè quibusdam seruis suis paupertatem professis suppediavit cibos, sine paupertatis præiudicio, optimos suppediavit. Dum S. Didacus Ordin. S. Francisci Laicus aberrasset cum socio à viâ, ac diuersorio, inuenit præparatos diuinitus duos pisces pulcherrimos assos, & duo mala citrina posita supra candidissimam mappam in prato amarissimum stratum, additosque duos triticeos pulcherrimos panes, & vinum præstantissimum. Ita Dei charitas non contenta soli prouidere necessitati seruorum suorum etiam irritamenta gustus adhibuit, succum è malis citrinis exprimendum. Sic dum P. Bernardinus Realinus à Beatissimâ Virgine Maria impetrasset prandium & cenam, quatuor fratribus Nostris laicis, Antonio, Petro Amato, Ascânio Clerico, Augustino Glotioso, manibus Angelorum specie quinque pulchrorum, ignotorumque Iuuenum portatam ad Collegij Aletini vineam (uti olim Appollonio seu Apollini Abbati, uti appellatur à Palladio) non vulgares cibi allati fuere, sed valde delicati, & rari, & eo modo conditi, quo in Regno illo etiam pro Principu mensis conditi non solent. Tulerunt enim pro prandio duos hædulos assos, tres porcellos assos, & columbas aliquot cum iuseculo delicato, tortam valde dulcem, quatuor placentas rotundas, ex densato lacte ac butyro, & saccharo confectas, quas Itali graffiolas vocant, & aliquot frusta, regiz, ut vocant, pastæ, solitâ longe sapidiore: globulos item è saccharo varios & magnos, intus loco coriandi-

Vita eius & Processus pro Canoniz.

Ruff. l. 2. cap. 7. Pallad. cap. 52. Ros. pag. 463.

chil. An. 1. 1. 136.

dri habentes quiddam odoriferi instar musci. Attulere præterea multos panes triticeos candidissimos, & tria genera vini exquisiti, nunquã eã in ciuitate visi: ollam præterea grandem menestram, vt appellant, plenam, lacti similem, saporis plane celestis, ex ignora materia cocta. Pro cenã verò (quia ante duas horas præmoniti ab Angelo specie iuuenis, ibidem expectare iussi fuerunt) alij Iuuenes Angelici, attulerunt vnam in solatam, seu lactucam cum malis citrinis, & botris vuarum, saccharo in globulos formato respersam, ac folijs rosarum, ac boraginum, nec non limoniis. Præterea attulerunt tres aues grandes aſas, phasianorum speciem præferentes, & copiosam carnem vitulinam tenerissimam, aſsam, & tria genera vini exquisiti, diuersa à matutinis.

Quæ omnia Fratres illi iureiurando testati sunt in Processu canonizationis P. Realini. Hinc Superiores possunt discere, quo modo, etsi paucius, possint imitari Dei charitatem, sine præiudicio parsimonie, & paupertatis, non tantum solius necessitatis habendo rationem, sed etiam decori, & iustæ ac honestæ consolationis, ac recreationis religiosæ, suorum subditorum. Quando Deus ipse summus paupertatis, ac parsimonie & perfectionis nostræ amator, non iudicauit se indignam, tam liberalem pro prandio, & cenã pauculorum suorum seruorum annonã, manibus Angelicis transmissam.

Sic etiam P. Balthasar Aluarez, notæ sanctitatis Superior, quoniam experiebatur valde expedire, liberaliter dare subditis, quæ erant corporalia, vt liberius illi spiritualibus attendere, ideo liberalis valde ac sollicitus erat, vt omnibus daretur, quod ad cibum & vestitum erat necessarium. Quamobrem ipsemet singulis mensibus cum vestium custode, singula cubacula visitabat. & querebat, quid cuique deesset, vt ei prospiceret: id curabat scripto notari, & rationem postea exigebat, an esset executioni mandatum. In Refectorio etiam curabat, vt toti Communitati sufficiens cibus daretur: eorum verò, qui mortificationis causa se ipsos negligebant, maiorem ipse gerebat curam: agrotis valde commiseretur, eisq; indulgebat, attendens diligenter, ne quid eis deesset: & pro modicâ re, quam illis deesse aduerterat, grauiter reprehendebat, cui erant eius cura commissæ. Frequenter valde eos inuisitabat, & cum aliquis erat in periculo constitutus, etiam noctu illum, cum alij dormirent (vti faciebat etiam S. P. N. Ignatius teste Ribadeneyrâ, qui id in se expertus est) visitabat. Cum haberet quendam Ministrum nimis anxium de necessitatibus Collegij cuiusdam egentis, & rogantem vt statim necessitatibus Collegij prospiceretur, P. Aluarez respondebat: Quam anxius venit P. Minister: Communicaſtine id cum Domino Deo nostro respondebat ille: Adhuc non habui tempus orandi tunc cum magnâ tranquillitate dimisit illum, dicens: Hoc debuit esse primum: eas ad cubiculum, & ora, & offeras tuam orationem, & postea reuertaris huc. Cogitas gregem hunc non habere Dominum: Dominum autem ta-

lem habet, cui non tam parui consistit, vt perire permittat: eas in pace & cogita, hoc non à tuâ industria pendere. Discedebat P. Minister vt faceret quod Pater præscribat: & sæpe, quando reuertebatur, inueniebat prospectum iam esse necessitati per media, iudicio suo prodigiosa, id promerente fidelitate & fiducia sui Reſtoris in Deum. Et in aliâ occasione, cum P. Balthasar attendens culturæ animarum, primo loco & summâ diligentia, quæreret regnum Dei & iustitiam eius, non sibi soli sed etiam aliis Deus mille viis, Eleemosynarum & legatorum, ipso nihil tale quærente, Collegio prospicebat, ita vt exiguis tunc redditibus, nec contractis debitis, aleret 60. aut. 70. Religiosos, quos nec ante ipsum, nec post alij uidebantur.

CAPVT QVARTVM.

De paterno procedendi modo Superiorum.

QVinta res beneuolentiam erga Superiores concilians, est paternus procedendi modus in corrigendis & puniendis Subditorum defectibus, & in quibusdam aliis rebus infra explicandis, præsertim in modo paterno exigendi rationem conscientie, infra explicando, iuxta praxim S. P. N. Ignatii, quam ab eius familiaribus didici, & iuxta præscriptum à totâ Societate modum. Rectorem Subditis, inquit S. Gregorius Papa, Matrem pietas (que elucet in suppetandis necessariis & convenientibus) Patrem exhibeat disciplina, scilicet in corrigendis ac emendandis defectibus. Ad hæc, 18. necessaria sunt,

Primo, ne condemnent vllam prius non auditum.

Nulla modo ait S. Basilios; debet aliquis condemnari, nisi prius ipso presente diligenter causa cognita fuerit: esto, multi sint, qui illum accusant. Id probat dicto Nicodemus: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit, quid faciat? Et simili responso dato Act. 25. Non est Romanis consuetudo, damnare aliquem hominem prius quam is qui accusatur, presentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obiciuntur. Sæpe enim contingit, vt aucti maleuolentiã, vel inuidiã aliqui acculent innocentem: quandoque bono zelo moti, re non bene perceptã, etiam viri boni, accusent alios, qui nullam accusationem merentur: eo quod quædam videantur malè dicta, vel omiſſa, quæ talia non sunt: & vt ait Arist. multa falsa, sunt probabiliora veris: hoc est, videntur magis fide digna, quam contraria. Id eod. S. P. N. Ignatius in more habuit, non admittere accusationem vllius de re alienius momentis, nisi scripto porrectam, vt hac diligentia occluderet aditum, & maleuolæ fallitati, & zelo temerario. Quã de re fufius infra tractabitur, num. 77. & sequentibus.

Secun-

Vit. c. 23.
p. 260.
269.I. f. c. 8.
pag. 269.

Secundò paternus emendandorum defectuū
 modus exigit, ne Superior quemquam moneat,
 aut corrigat, dum se ad iracundiam commotū
 sentit. Sive increpes, sive commoneas, luadet S. Chry-
 sostomus, sive quicquid facias, absque irā fiat & su-
 rora. Si enim increpans Medicus patiens est, quomodo
 poterit alium curare, qui se prius afflixit, semetipsum
 non sanans: si quis Medicus alterum curaturus accede-
 rat, prius habens suam manum vulneratam, itane cu-
 rationem obibit abst. Similiter & tu ne tunc increpes,
 ne commoneas. Para videant oculi tui, ne mentem con-
 turbes. Nonne vides iudicantes, qui, cum iudicare de-
 bent, super throno sedent in habitu congruo: Uidem, &
 tu animam tuam veste iudiciali exorna; hac autem est,
 Humanitas. At non timebit, inquit: immò magis time-
 bit. Tunc autem, etiamsi iusta dicas, furori seruus im-
 putabit: si verò cum mansuetudine, se ipsum condemna-
 bit. Quod autem est principale, Deus te suscipiet. Quo-
 circa si seruos à Dominis S. Chrylostomus ve-
 rat corrigi, dum ipsi irā feruent, multò magis id
 cordi esse debet Spiritualibus Medicis, & Patri-
 bus erga Filios suos, vel potiùs erga Filios Dei
 suæ curæ à Deo commendatos.

Merito ergo sanctus ille superior noster P.
 Balthasar Aluarez inter præclara monita, quæ
 scripta pro Superioribus reliquit, & ipse in suâ
 paternâ gubernatione obseruabat, decimum
 tale fuit: in nullo casu, etiam vbi iussissima appareat
 causa, aliquem reprehendat iratus, donec se ipsum prius
 quietum reddat, & pacatum: sic enim licebit postea
 fratrem suum pacare, & facilius eum lucrabitur, si to-
 leret: quia ipse tandem agnoscat suamq; obsequio-
 nem improbat, seseq; subiciat, & ad pedes prosterneret.
 Ratio autem cur non sit reprehensio adhibenda, cum
 Superior est turbatus, ea est, quia Dei omnia mandata
 diriguntur ad charitatem, & cordis puritatem, cuius
 virtusque sit iactura, si permittat se ab indignatione
 & auersione ferri. Nec in defectibus subditorum
 valde indignetur, nec suum ostendat defectum & tur-
 bationem.

Tertiò ad paternam emendationem & corre-
 ctionem defectuum alienorum spectat, ne Su-
 periores, etiam ante factam admonitionem, ag-
 noscantur fouere, aut retinere in animo iram
 contra delinquentem. Inde enim oriri solet ma-
 gna à Superioribus subditorum alienatio. Benè
 dicebat Demonax, nequaquam hominibus esse iras-
 cendum, si delinquerent, sed corrigenda vitia, exemplo
 Medicorum, qui non indignantur ægrois, sed morbo
 mendantur. Hoc autem assequuntur Superiores, si
 verè Medicorum instar, oderint vitia, non deli-
 nquentes, & eorum lapsus, non irā commoto,
 sed commiseratione pleno corde videant, &
 audiant, & dum opus est, puniant. Admirabile
 huius rei exemplum præbuit Moyses, Superior
 totius populi Dei, præclare ponderatum à S.
 Chrylostomo, cuius hic verba, quia sunt lectio-
 ne, & imitatione dignissima describere non pi-
 gebit, quippe valde necessaria Superioribus
 omnibus, qui, si hac in re ad stylum Moysis sua
 Lancicij Opus. Tom. 2.

dicta & facta reducerent, subditos secum syn-
 cerè, & candidè agentes habent.

Per omne illud iter inquit S. Chrylostomus, se-
 uis atque immanis (quàm antea, dum essent sub
 Pharaone) Moyses vsi sunt Israëlita, qui ab eo rege-
 bantur, innumerisq; per illum bonis fruebantur, quàm
 fecisset Pharaon ipse, & Aegyptij. Ac primum quidem
 instabant vehementius, illum suffocantes, Aegyptiasq;
 carnes requirentes, ingratisq; præsentia fastidiebant, &
 præsertim desiderabant, quod erat sanè omnium grãuis-
 simum. Quid enim pati poterat acerbius, si amentium
 insipientiumq; hominum gubernacula sibi credita
 fuissent: Et tamen omnia beatus ille fortiter ferebat, &
 nisi illos summo affectu dilexisset, non tolerasset aqua-
 nimis illorum aduersos casus, ac pro suis tantum do-
 luisse iniuriis: nunc verò, cum illis non secus quàm fi-
 liis, afficeretur, ex huiusmodi affectu ad eum, aliã
 rursus molestiam subire cogebatur, cum illorum per-
 uerfitatem, ac vesaniam auctiorem indies fieri intue-
 retur. Neque enim illum augebant contumelia, sed quòd
 eas ab illis pateretur, quos tantã charitate diligeret. Et
 cum per singula quotidie peccarent, beatus ille lugebat,
 ac mæstus perdurabat nihilq; omnino persuadere pote-
 rat, ut à miserationis affectu abstineret. Cum igitur sic
 dilectos in deteriora semper progredi conspiceret, quan-
 to illum dolore, quibus lacrymis iugiter obuersatum
 putas? Si enim vnum quis tantum habens filium, viue-
 re sine dolore non potest, cum illum semper in vitia pro-
 num animaduertit, etiam si ipse omnibus nequior sit; &
 qui tot milia hominum in filiorum ordine locauerat,
 immò verò plusquam filios amabat, mala auersans, ac
 bona studiosè diligens, quid pati potuisse putandus est,
 cum eos omnes, veluti ex quodam signo, & condito ad
 vitiorum prærupta, & præcipitia currere intueatur?
 Tamen maledictum illud terribile sibi imprecabatur: si
 dimittis eis peccatum, dimitte. Sin minus, dele me de li-
 bro quem scripsisti. Ita nunquam desit illorum misere-
 ri. Cum quoque exploratores illum occidere tentarent,
 ipsumq; lapidibus obruere, effugiens illorum manus
 rursus ad orandum pro eis conuertebatur, Deumq; illis
 propitiū fieri, qui se necari cupiebant, precabatur, ad-
 eò quoque naturali amore vehemens illi inerat af-
 fectus.

Quocirca si in veteri lege illà, quæ erat ser-
 uorum, & lex timoris, tantum in tot sceleribus
 subditorum, per 40. annos retinuit erga suos
 subditos, irā non vitiatum, amorem Moyses, tot
 earum etiam iniuriis & contumeliis exagitatus,
 quantò maior esse debet in lege gratiæ amor
 Superiorum erga subditos, Filios Dei, etiam
 tunc, dum iustas pœnas ob quotidiana delicta
 merentur. Nam, ut docet S. Basilus, cum indigna-
 tione, & irā, castigatione aduersus aliquem. vti, hoc
 haudquaquam est à peccato illum liberare, sed delictis
 se ipsum obstringere. Quamobrem Apostolus dixit: In
 mansuetudine corripientes eos, qui resistunt. Neque si in
 contemptum veniat alicui, ob id præbere se vehementem
 debet, aut plus æquo seueriorem: vbi verò alium con-
 temni viderit, erga eum, qui deliquit, declarat se beni-
 gnum, ac indulgentem. Quinimò multò grauius ei se-
 renda

1.3. de
 prouid.

41.
 Reg. 50.
 fusa.



renda aliorum iniuria sunt, quàm sua. Hoc enim si fecerit, & suspitionem à se illam, hominis seipsum amantem immodicè, submouebit, & planissimè, se non peccantem odisse, sed peccatum auersari, declarabit: cum ita videlicet diuerso modo se gerat, in rebus, & suis & alienis. Ideò meritò S. Gregorius Nazianzenus laudans S. Athanasium, tanquam vità sublimè, dixit: *Ea erat comitate, vt ad eum omnibus aditus pateret, elemens, ab irà alienus, miseratione præditus, sermone iucundus, moribus iucundior in obiurgando placidus.* Oportet enim, inquit S. Diadochus, iustitiam ab illis, qui eam contumeliosè afficere audent, indignatione non iratà eripere, zelus enim pietatis, non habendo quenquam odio, sed arguendo ostenditur.

Quamuis ergo delicta subditorum, impunita esse non debeant, vti suo loco dicam, Dei tamen corde debent aspicì, cuius vices in terrà gerunt. Deus, enim, etsi hominum detestetur delicta, quamdiu tamen viuunt, qui delinquunt, amare eos suo modo, & iutare non desinit. Tales sunt, qui diuino Spiritu cor plenum circumferant. Quocirca meritò hoc ipsum docens Noster P. Rodericus citat S. Ambrosium docentem, infantum lapsibus patrem non irasci (scilicet filijs) sed ad compassionem moueri: & Deum idem nobiscum agere, secundùm illud Propheta: *Quomoddò miseretur Pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit signum nostrum, & recordatus est, quoniam pulvis sumus.* Hoc spiritu imbutus S. Ignatius Mart. morti proximus, S. Polycarpum monet: *Omnium infirmitates perfer, vt Aibleta perfectus, sicut & omnium Dominus: ipse enim, inquit, infirmitates nostras portauit. (I. Iac. 53.) vbi laboris plus est, ibi & plus emolumentum. Bonus si amas discipulos, nulla tibi est gratia, pestilentiores autem mansuetudine subige.* Ideò meritò B. Laurentius Iustinianus dixit: *Felicem illum, quicumque iustitia zelum sine indignatione, & crudelitate exercet, & proximo compassionem absque priuato amore exhibet.*

Memini me à P. Ioanne Antonio Vastrino ante 50. circiter annos Romæ audiuisse, narratum ei ab Antonia Romana vidua, sanctimoniam vitæ præstante (sic enim laudatur à Thoma Bosio, qui se eam Romæ nouisse scribit) visionem quandam Christi Domini, à quo cum multis precibus petisset, sibi vt cor nouum, & ad omnem virtutem idoneum tribueret, atque ad hanc rem peculiaribus teiunijs ac precibus à festo Ascensionis ad festum Pentecostes sese disposeret; tandem apparuisse Christum Dominum, & Antonia corde exempto, eius loco aliud imposuisse. A quo tempore dicebat Antonia, se non seuerò quodam & erudo zelo, aliena solitam peccata audire & aspicerè, vt solebat antea, sed miti, leni, ac blando, benignâ commiseratione, & erga peccantes dilectione condito. Quod sanè omnes, cum incremento virtutum, in se statim augeti quotidie experiuntur. Verissima enim est S. Gregorij Papæ

sententia: *Vera iustitia compassionem habet, falsa indignationem.* Quod potissimum Superiori incumbit. Qui, vt ait S. Basilii; *In adhibendis curationibus; iis, qui vitioso animi affectu aliquo laborant, consuetudinem Medicorum imitari debet, vt videlicet agris, non irascatur, sed contra morbum ipsum pugnet.* S. Chrysostomus pulchrè hoc ipsum commendans ait: *Propterea Deus non Angelos è celo lapsos, Magistros humana natura præfecit, ne propter excellentiam naturæ, atque humana infirmitatis ignorantem, asperiores nobis reprehensiones adhiberent; sed homines mortales, magistros, ac Sacerdotes concessit: homines infirmitate circumdatos, vt hoc ipso quod eisdem obnoxius sit, & is, qui sermonem habet, & illi, qui audiunt, concionatoris lingue frenum iniungat (eadem est ratio de alijs Spiritus Magistris, & Superioribus) quod eum non sinat vltra modum suas castigationes extendere. Atque hoc verum esse declarat Paulus, qui legem illam tulit, & hanc rem nos docuit his verbis vtens. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, qui condolare possit ijs, qui ignorant, & errant. Quâ occasione, & cur tandem: Quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Vides infirmitatem compassionis occasionem esse, neque finire cognitionem naturæ, vt quis in reprehendendo modum excedat, etsi vehementer offendant? Quod etiam S. Gregorius, his verbis, à P. Claudio Superioribus nostris commendatis, admonet, scribens ad Benonem Abbatem: *In correptione hunc esse Ordinem noueris obseruandum, vt personas diligas, & vitia persequaris.* Alioquin, vt ait S. Bonaventura, ille qui turbatus, aut iratus alium corripit aut monet, videtur id potius iracundiâ, & ad imperandum, quàm charitate & zelo alieni profectus facere. Quâ in re S. Dionysius Areopagita Prælaturæ Ecclesiasticæ ait, *debere ad Dei imitationem formari, dum & Diuina sue disciplina lucentes radios largè in omnes explicat, & paratissimus est. Dei imitatione illustrare eum, qui ad se venit: nec inuidiam, nec minime religiosam, propter Superiorem à lumine Diuino discessum, (scilicet ob præteritos lapsus in peccata) aut lumine sibi concessio excessum, iram adfert, sed Diuinâ, semper accedentibus doctrinæ suæ radijs, vt Pontificem decet, coluget, rectè & ordine, ac pro cuiusq; ad facta ratione.**

CAPVT QVINTVM.

De eodem paterno Superiorum agendi modo.

Quintò, in hoc quoque paterna Superiorum agendi ratio se prodit, si à necessaria reprehensione, dum adhibenda est, omnis abstergebitas, & iniuria verborum, quàm non emendatio delinquentis, sed indignatio sequi solet. Hoc exigit Apostolus dum scribit: *Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant.* Fiunt autem pusillo animo, dum monitis accedunt acerba verborum inuectiue,

os. de laud. Athanas.

c. 6.

tr. 6. c. 3.

Pl. roz. 13.

ep. 11. ad Polycarp.

de inter. Cost. c. 5.

42. et. 1. de sign. Eccl. c. 2. col. 3.

Euang. Reg. fult.

43.

S. de non concion. ad grat.

Hebr. 5. 2.

Gr. l. 9. ep. 8. cl. In. dust. c. 14.

de infim. Nouit.

c. 1. Eccl. hier.

44.

Coloss. 2. 1.

vcl

vel minæ, veluti lanceæ cor transfuerberantes. Ideo S. Bonaventura Superiorem monet, vt *modeste & mature, & benigne ad singula respondeat, & impetum feruoris reprimat, ne in voce, aut vultu, seu moribus impatientiam ostendat. Tunc enim magis proficit per patientiam & tandem deuincit, quos impetuosè agendo pronocaret, dicente Scripturâ: Vir iracundus pronocat rixas: qui autem patiens est, mitigat suscitatas. Non audent ei Subditi necessitatem aperire, iuxta illud Iob: Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies.*

Sit ergo, iuxta monitum S. Ambrosij, *Monitio sine asperitate, & hortatio sine offensione.* Quod etiam cum tentatis seruandum est, ne asperè excipiantur. Quod valde displicet Deo, vt notum est ex præclaro hac de re exemplo, quod refert Callianus. *Sapientissimi medici, inquit S. Chrysostomus. vbi vident vlcus egere ferro, admovent quiddam scellionem, sed hoc faciunt non sine affectu, & commiseratione, vt vni & mareri, & gaudent, non minus, quàm ipsi, qui sceltantur: merent quidem, propter dolorem, quem secundo inferunt, gaudent autem propter sanitatem, qua hoc modo comparatur. Idem & Paulus scribit, sapiens ille animarum Medicus. Corinthios enim, acriori obiurgatione cum opus haberent, increpans, latente est simul & tristatur: tristatur, quod dolorem inferret; latatur, quod prodesset.*

Quomodo autem reprehensio, seu increpatio adhibenda sit à Superioribus, sic docuit Timotheam Episcopum, & in eo Superiores omnes: *argue, obsecra, increpa in omni patientiâ, & doctriâ. Increpatio cum patientiâ, aculeis neminè pungente, coniungenda est. Argue coæuales, inquit S. Prosper, obsecra seniores, increpa iuniores, sed propterea addit: In omni patientiâ: quia leniter castigatus, exhibet reuerentiam castiganti: asperitate autem nimia & increpatione offensus, neque increpationem suscipit, neque salutem.* Pro argue Græce est *arguere*, id est, argumentis conuince: quia, vt ibi ait S. Chrysostomus. Si absque argumentis aliquem increpes, temerarius esse videberis, nulli usque te perferet. Pro *Obsecra*, Theophylactus scribit: *Consolare: quod beneuolentiam redolet.* Nam vt ait S. Augustinus: *Quicquid lacrimato animo dixeris, punientis est impetus, non charitatis corrigentis: dilige, & dic, quod voles.* Præluxit suo exemplo S. P. N. Ignatius, de quo hæc scribit Ribadeneyra, eius familiaris: *Consulat eum per 30. & eo amplius annos (tot enim à suâ ad Deum conuersione ad mortem eius intercesserunt) ne fatuum quidem, aut stupidum appellasse quenuquam, alioquin contumelioso verbo affectisse. Quod in obiurgationibus sæpe obseruauimus, vt sermonis grauitate adiunctâ, acerbitas tamen omnis abesset, neque verbo morderet quenuquam, sed rerum seuerâ explanatione compungeret. Neque enim quenuquam, cum asperius etiam obiurgaret, vocabat aut non obedientem, aut superbum aut inertem & pigrum: sed quid cuique inisset vitij, rei explanatione ostendebat. Quod quidem faciebat ex instinctu charitatis, & domini*

passionum, & ne filios Dei suæ curæ commisos offenderet. Vt enim ait S. Chrysostomus: *Tantum habet momenti & roboris ad eos, qui peccant, seriendos, vt plurimi nonnunquam turpissimis flagitijs insignes, cum id, quod sint, se vocari audiunt, modeste ferre non possint: sed, vt qui acerbissima sint perpepsi, ira seuiant atque efferantur.* Executus est illud S. Gregorij Papæ monitum: *Erga subditos suos inesse Reçtoribus debet, & iuste consolans misericordia, & pie seuiens disciplina.* Hinc namque est, quod docente Veritate per Samaritani studium seminiuus in stabulum ducitur, & vinum atque oleum eius vulneribus adhibetur: vt per vinum scilicet mordeantur vulnera, per oleum soueantur. Neesse quippe est, vt quisquis sanandis vulneribus præest, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: quatenus per vinum mundentur putrida, per oleum soueantur sananda. Miscenda ergo est lenitas cum seueritate: faciendum quoddam temperamentum ex vtraque: vt neque multâ asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur.

Quocirca P. Claudius in pulcherrimâ illâ Instructione datâ anno 1604. Superioribus Societatis, damnat eos Superiores, qui subditos exasperant atque exacerbant, cum in ipsâ correctione stomachum potius quendam, animiq; perturbationem, quàm sincerrum charitatis affectum, commiserationemq; præferant: cum acrioribus verbis rem exaggerant, iusq; nonnunquam mordacibus & contumeliosis: cum acerbiora denique medicamenta ingerunt; quàm aut morbi vis requirat, aut ægri conditio, & natura patiatur. Quo ex fonte mala plurima dimanât. Ideoq; S. Gregorius ad Vrbicum Abbatem scribens, ex intemperato & incondito eius agendi modo, dissolutam Monasterij Regulam fuisse dicit: *Quod ex nullâ, inquit, aliâ re euenire valuit, nisi quia tua dilectio in regimine suo inordinata est: nec cum grauitate aliquid valet disponere, sed modo studet peccantibus leniter blandiri, modo inordinatè & extra modum nimium irasci.*

Et in aureo libello Indultiarium sic Superiorès instruit: *Sciatis suauitatem in eorum esse, si in obiurgationibus v.g. nihil asperum, aut iracundum, aut perturbatum appareat. Sed paterna grauitas, pia quadam compassio, & dulcedo quadam, sed viuida tamen & efficax, eluceat. Si à puniente non tam voluntas humiliandi, & castigandi, quàm necessitas quadam ex zelo boni communis, & vtilitate etiam ipsius, qui punitur, aliquid extorsisse videatur. Si negemus, quod negandum est, quasi cum quodam doloris sensu, parati concedere, quando & quod expedire videbitur. Si imperfectiones ita emendare velimus, non quasi nimium emungentes, ne sanguinem eliciamus; verùm quasi exactores quidam, benigni tamen, qui non veluti vincendi studio, sed in bonum Societatis, atque aded ipsius subditi id velimus, ac si cum ipsa in vnum conspiremus ad victoriam de tentatore reportandam. Si iubentes circumspicere, & amanter, Dei gloriam & subditorum lucra, non aliud quippiam nos querere ostendamus. Si quod hodie non præstatur, patienter in crastinum expectemus: ita tamen, vt semper expecta-*

l. 3. adu. vitup. vit. Monast. 46. 2. p. Past. c. 6. 47. c. 1. n. 5. pag. 7. c. 2. n. 4. pag. 20. 110



tio finem spectet & media applicet accuratè. Siquidem quod ex inopiâ spiritus à subito obtinere non valemus, nulla ratione efficacius aut suavius consequi poterimus, quàm si ille diligens sui scrutator, & spiritalis euaserit. Si denique ita in visceribus charitatis cum subditis agamus, ut & suas tentationes in nostrum, veluti matris, sinum facile deponant, ut vicissim correctiones nostras, siue quacunque à nobis proficiuntur, tanquam ab amore profectas, repugnantè licet sensu, animo tamen non exacerbato, suscipiant. Quod & B. P. N. docuit cum non à parte Constitutionum, seueritatem cum benignitate & mansuetudine ita miscendâ docet, ut nec se flecti Superior sinat ab eo, quod Deo ac Domino nostro gratius fore iudicauerit, & tamen filijs, ut conuenit, compati nouerit, eo modo se gerendo, ut etiam, qui reprehenduntur, vel corriguntur, quamuis secundum inferiorem hominem, quod agitur displiceat; agnoscant nihilominus, quòd rectè in Domino & cum charitate ille suum officium faciat. Conformis est P. Claudij doctrina, montis à Christo Domino B. M. Magdalene de Pazzi, Magistræ Nouitiarum sui Ordinis traditis. Nâ Reg. 4. sic ait: Non notabis vllum defectum creaturæ mortalis, nec illam reprehendes, nisi prius cognoscas te minorem esse illâ creaturâ. Quando autem præcedit talis cognitio in reprehendente, frangat asperitatem reprehensionis. Et Reg. 7. Sint omnia opera tua facta cum tantâ mansuetudine, & cum actu ad eò humili, ut videantur magis quidam, ad erahendas creaturas ad me.

c. 2. S. 4.

I. p. vii. c. 9.

48.

Admiranda fuit hac in re S. P. N. Ignatij procedendi ratio, & imitanda est. Quamuis enim multò grauius, quàm nunc soleant, punire solitus fuerit defectus Domesticorum; & exempli gratiâ: Cuidam Patri primario, quòd de quodam nostro infirmo dixisset extra Domum, illum præ vehementiâ febris delirare, iniunxit, ut se publicè per spatium trium psalmorum cederet. Et vndecim nostris publicam disciplinam simul faciendam præscripsit, quòd credidissent cuidam, dicenti ioco, non feris, quædam detractoria, sed fallâ, de altero; atque hac de re inter se collocuti fuissent, grauius tamen, etiam pro leuibus culpis, penitentias iniungendo neminem à se alienabat: quia sine comoti vel irati animi signo id faciebat, & illas præscribendo, ne verbum quidem proferebat acerbum, & punctiuum, & contumeliosum, & clarè ostendebat pacato agendi & loquendi modo, se illas pœnas imponere, ex amore Religiosæ disciplinæ, & desiderio magnæ perfectionis in illis plantandæ; quæ ab omni defectu debet esse libera. Imitari ergo debent longè S. Ignatio inferiores Superiores, talem puniendi modum, ut pœna affligat, modus autem eam imponendi, non affligat, sed leniat asperitatem, redolens paternum, etiam in puniendo, affectum, et si coniunctum cum Iudicis munere, ob pœnæ, quæ amori proprio affertur, molestiam. Præbet & Deus ipse exemplum in

puniendis, nobis à Superioribus imitandum.

Quintò, Hoc quoque paternum in Superioribus demonstrat affectum, si discretè puniant dum est puniendi iusta & certa causa, non modò excedant, tum in pœnæ genere, tum in duratione. Nève, et si iuste, quatenus vultu furibundo calligent. Hoc est quod docet S. Gregorius Papa: Sic vulnus debes abscondere, ut non possit vlcere, quod sanum est: ne si plus quàm res exigit, ferrum impresseris, noccas, cui prodesse festinas. Et S. Bernardus Superioribus dicit: Studete magis amari, quàm metui: Et si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica. Matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeat. Manifestate, ponite feritatem, suspendite verbera, producite vbera: pectora lacte pinguescant, non typho turgeant. Ne habeantur pro ijs, qui, ubi temel aliquem affligere ceperint, nunquam desistunt, & finem deprimenti, & puniendi non inueniunt. Nam, ut ait S. Chrysostomus, Sicut Citharædo, neque neruum intendit, ut non abruptat, neque remittit ultra modum, ne harmonia concertum ledat; Sic & Deus agit, neque in remissione continuâ, nec in longâ tribulatione nostram constituit animam: secundum suam prudentiam utrumque faciens: non enim sinit nos continuâ potiri remissione, ne segeniores fiamus: non autem rursum sinit in continuâ tribulatione esse, ne concidamus, nève desperemus. Pulchrè hoc Superioribus commendauit S. Gregorius Papa: Necessè est, inquit, ut cum peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur, magnâ se sollicitudine etiam districtior ipse moderetur: quatenus sic iura discipline contra delinquentes exercet, ut peccati viscera non amittat, &c. Quod iuxta Pauli vocem bene illa tabernaculi arca significabat, in qua cum tabulis virga simul & manna esset: quia cum Sacra Scriptura scientiâ in bono Rectore pectore, si est virga districtioris sit & manna dulcedinis. Hinc David ait: Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percussimur, baculo sustentamur. Si ergo est districtio virga quæ feriat, sit & consolatio baculi quæ sustentet. Sit itaque amor sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans. Sit zelus sed non immoderatè seuitens: sit pœna, sed non plus quàm expedit. parcens, ut dum se in arce regimini insitit, clementiâq; permiscens, qui præest, corda subditorum, & terrendo demulceat & tamen terroris reuerentiam demulcendò confringat.

Admirabilis hac in parte fuit S. P. N. Ignatius, qui est pro delictis minimis (ut scribit Ribadeneira) magnas nonnunquam pœnas constitueret, & in leuibus erratis, grauiora exempla statueret, vltimus tamen & obseruauimus, ut in tantâ hominum multitudine, ferè nemo ab Ignatio aut verbis castigatus, aut penitentia aliquâ grauiore affectus, indignaretur, nemo in oburgantem ita aliquâ perturbatione incitaretur, sed in se ipsum exardesceret, qui deliquisset. Tum quia omnes putabant se ab eo vehementer diligi, ut scribit Ludouicus Confalonus, tum quia, ut ibidè ait Ribadeneira, studiosè dabat operam, ut, qui in culpâ esset, culpam agnosceret, eamq; non verbis,

verbis, sed rerum pondere exaggerabat: tum ut poena modum ipse sibi statueret, qui deliquerat, de qua tamen poena, si grauis videretur, multum detrahebat, ignatus, ita fiebat, ut integra beneuolentiâ, nihil tamen esset impunitum.

Porro nec semper puniendi sunt, qui delinquant, dum sine poenâ spes est emendationis. Et in hoc imitandi sunt boni Patres, qui sæpè terrore, & minis culpas filiorum abolent, & ne seruant efficiunt. Huius rei exemplum à Christo Domino datum esse, interpretatur S. Ambrosius, dum Christus Dominus non puniuit, sed tantum increpauit Discipulos suos, quia ignem super eas descendere cupiebant, qui ipsum non receperant. Per quod, inquit, Prælati ostenditur, non semper in eos, qui peccauerunt, vindictam esse exercendam: quia nonnunquam amplius prodest clementia Prælati ad patientiam, subdito verò lapsu ad correctionem. Hinc, inquit Clemens Alexandrinus, quidam ex Græcorum Sapientibus dixit: Venia est melior supplicio: non quidem semper, sed sæpè, maximè cum bonis & non proteritis.

Sic, etsi inuisibilis Deus sæpè facit, & qui maiore odio prosequitur peccata hominum, quam nos subditorum, non semper cadit, inquit S. Chrysostomus, explicans illud Psalmi. Si non fueris conuersi, gladium suum vibrauit. Vibrat tantum, ut splendorem conspicuas & territus ad poenam non peruenias. Non cadit gladius, sed terret, ut ipse timor ad poenitentiam te suscipiat. Et cum suum retulit, & parauit illum tetendit, non immisit sagittam, ut te forma terreat. Congruus iudex, ne contemnas arcum, intensus enim est, ne mollescas.

Secundò, paternus quoque affectus est, precibus, lacrymis, expansione paternæ beneuolentiæ, & ostensione confidentiæ ac bonæ opinionis de subdito, quandoque curare infirmos filios, non semper obiurgationem, poenas, minas adhibere. Pulchre hoc commendat autem illud os S. Chrysostomi, ex abundantia cordis Diuini caritate pleni: Vis fratrem corrigere, lacryma, ora Deum ex corde, apprehensum admone, consule, exhortare, demonstra caritatem erga peccatorem, persuade ipsi, quod consulens & curans, non peruulgare volens, peccati ipsum commonescatis: comprehendere pedes osculare, ne erubescas. Si modò vere mederi velis. Hæc & medici faciunt, sapius difficiles egrotos habentes, desculantes, rogantes, persuadent salutarem sumere medicinam. Tali affectu plenus fuit laudatus in Vitis Patrum Isidorus Abbas, qui erat Presbyter in Scithi: quia si quis habuisset Fratrem infirmum, aut pusillanimum, aut iniuriosum, & volebat eum expellere foras, ille dicebat: Adducite eum ad me, & apprehendens eum, patientiâ suâ curabat animum Fratris illius.

Hoc spectat duodecimum Monitum Superioribus relictum à nostro P. Balthasare Aluarez: Moderata cum subditis circumspectio, bona est; sed nimia, est noxia: contrahit enim illos, & cruciat: Lancicy Opusc. Tom. 2.

contrà verò fiducia valde illos obligat, ut & ipsi confidenter agant. Ostendat, se bonam de illis habere opinionem, & suo tempore etiam dicat, se res eorum probare, & sic gubernabit eas suauiter.

Novi ego in Societate tali Superiores caritate paternâ præditos, & inter hos P. Claudium nostræ Societatis Præpositum Generalem, qui meo tempore laicum quendam Fratrem, grauissimè tentatum & dimissionem à Societate acriter postulantem, cum obstinatum videret in deplorando proposito, ad eius prouolutus genua, tam efficaces preces adhibuit, ut repente fuerit ille mutatus in alterum, & in Societate (hâc medendi paternâ ratione curatus) perseuerauerit. Sanè si Christus Dominus, Rex caeli & terræ, ad præciti ad poenas aternas Iudæ pedes procidere, eosque abluere non erubuit; cur erubescat viles vermiculus (quicunque tandem sit ille Superior, cum Christi Domini Maiestate collatus) prouolui ad Fratris ægotantis pedes, & genua, eum ut lucretur Deo, & ab eius aberrantem semitis, ad rectam virtutis viam, & statum salutis vel perfectionis reducat: Sed adhuc excellentior quàm P. Claudij fuit S. P. N. Ignatij caritas in curando quodam Domestico, & Religioso quodam externo, vitæ pessima: Illum enim videns ob pudorem de peccato in sæculari vitâ commisso, in suâ vocatione tentatum, ei peccata propria ante conuersionem admilla narrando; huic cum ingentibus lacrymis in confessione eadem recensendo; ad vitam meliorem reduxit.

CAPVT SEXTVM.

De eadem beneuolentiâ paternâ Superiorum erga Subditos.

Septimò, Patres etiam beneficiis filios inobedientes reducant ad officium, præsertim prudentiores. Mentem habentes, inquit S. Chrysostomus, magis beneficia, quàm poena ad mandatorum obedientiam attrahunt. Beneuolentia enim, ut ait M. Tullius, beneficiis capitis maximè: secundo autem loco beneficiâ voluntate beneuolentia mouetur, etiam si res forte non suppetit. Hanc ob causam, etiam S. Gregorius Papa, muneribus placauit & offensum sibi Eusebium Abbatem deuicit, ut obseruauit Baronius. Profuit hæc celestis industria Superioribus pluribus, qui antequam ad amara discolis propinanda accederet pharmacæ, pijs eos munusculis ad sanam mentem reuocarunt. Quod etiam P. Claudius facendum suadet, autoritate S. Bernardi citatâ. Nâ si Thomas docet, etiam munusculis homines seculi posse ad Religiosæ vitæ Statum induci (quod tamen nulli circa ingressum in Societatem suaferim, saluo tanti Doctoris iudicio) quid ni liceat, immò expedit adhibere, si hæc suauiore curandi ratione mens ægra, vitijs præsertim



tim periculosus laborans, sananda speretur: Reliquit & huius paternae benevolentiae pulcherrimum exemplum S. P. N. Ignatius, qui, ut scribit P. Ludouicus Confalsius, cum Fratrum nostro Petronio missa fuissent à matre quaedam è sacro bellaria, eo aduocato, iussit, ea ut apud P. Ministrum (qui erat ipse P. Confalsius) conseruaret, & postquam ingrederentur duo eius fratres natu minores, qui Societatem expetebant, ea illis pro eorum solatio per interualla daret, ut tanto magis lati parauli Christi iugum ferrent. Praeterea scribit Maffei, eundem Petronium (qui post multos deinde annos egregia pietate, & virtute Presbyter est mortuus,) constitutum fuisse à S. Ignatio duobus illis adolescentulis fratribus loco Parentis ac Praesidis, & passum non esse quicquam grauius de ijs statui, nisi ex illius autoritate ac obedientia.

Denique cum P. Confalsius petisset à S. P. N. Ignatio, liceretne adolescentulos in Societatem receptos, ad studendum diligentius premiolis allicere? Ommino? inquit S. Pater, id sibi placere, ut tanquam caelli Domini, etiam hac ratione excitarentur munusculis ad studia literarum maiore conatu tractanda. Dabit operam sapiens, inquit S. Bernardus, maledicos capere beneficis, atque obsequijs, monitijsq; salutaribus, & orationibus pro his ad Deum. Non cessabit istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici. An non tibi captus ille uideretur, qui suffusus ora rubore, quippe proprium erubescens iudicium, ipse suae confusionis, & penitudinis testis est; siue quod oderit hominem amore dignissimum, siue quod dilexerit tantum uerbo, & lingua eum, à quo se diligi opere & ueritate uel sero est expertus?

Octauo, solet & hac in re paternus apparatus affectus; si quandoque dissimulando cedant iuri suo, ut hac ratione filios proteruos ad meliora flectant. Censura quidem, inquit S. Bernardus, nunquam remissa, intermissa tamen, plerumque plus proficit. Sicut non omne, quod libet, licet; sic non omne, quod licet, statim etiam expedit.

Est, inquit M. Tullius, non modo liberale, paululum nonnunquam de suo iure cedere, sed interdum etiam fructuosum. Extant huius rei exempla illustrata ab ipso Domino Deo nostro, in factis literis relicta, partim permissarum, partim laudatarum quarundam actionum, prioribus Diuinis legibus, quodammodo, saltem specietenus, contrariarum: uti fuerunt sacrificia Deo oblata, non in locis ab ipso Deo nominatis, & celebratio Paschatis mense secundo sub Ezechia Rege instituta, nouas ob causas, prorsus diuersas ab ijs, ob quas Deo docente, Moyses permisserat, Paschatis celebrationem etiam ad mensum secundum quandoque differri. Talis erat & libellus repudij, & multa alia, quae accurati Sacrorum librorum interpretes & lectores bene obseruauerunt. Ideo S. P. Ignatius praescripsit Superioribus, ut Subditorum arbitrio aliquid relinquunt, cum probabile uidebitur, quod eos ad uiuabit;

aliquando etiam eis ex parte aliquid indulgendo; & 1.9. tit.1. compatiendo, cum uideretur id posse magis conuenire. c. 12.

Quod ante ipsum docuerat S. Gregorius Papa commendans, ne aliorum Rectores in disciplina uigore, benignitatem mansuetudinis deserant. Nulla autem in re ferè magis benignitas Superioris emicat, ac in condescensione quadam, dum non semper summo iure utantur, & omnia ad amulsum exigant uolentè & inuitos ac reclamantes temper adigant ad ea, quae praestari debent; non relicto respirandi, & sese afflictis subditis colligendi spatio, ac ad mentem sanitatem redeundi. Quod uitalle S. P. N. Ignatium scimus in regimine suo: quod etiam in S. Bernardi gubernatione merito commendatur.

à vita eius Scriptore. Tantus emulatores erant mansuetudinis, & pacis, ut si forte improbus quisquam peritor durus extorsisset à negante responsam, haud facile deinceps cum eadem reposita diuiteretur inanis. Si quidem uel naturaliter ut scirebatur, oderat grauiamen cuiuslibet hominis sustinere, et admodum graue, non sentire illud, impossibile erat. Adeo neminem spreuit nullius hominis scandalum (hoc est afflictionem, seu offensam) parui penitit, etsi ueritatem Dei iustitiamq; praetulerit. Nam & quoties oporteret noxios aliquorum uel reprehendere actus, uel impedire conatus, tam consideratè fiebat, ut abundanter ipsi quoque, qui laesi uiderentur, haberent, unde sibi pro eo satisfacerent in cogitationibus suis. Sanè uidimus ex ipsi quoque nonnullos, & de quibus id minus uidebatur posse sperari, ampliori deuotione eius postmodum uel obsequijs deseruisse, uel etiam adhaesisse uestigijs. Ideo quae ipse faciebat, alios quoque facere uoluit. Quo circa cum Abbas Cluniacensis recurrisset ad eum per literas, pro solatio & auxilio, recensens persecutiones, quas à suis subditis patiebatur, dum eos in Ordinem redigeret, uidentis Sanctus Abbas id illum nimis rigidè uisisse, non condescendendo fragilitati imperfectorum, sic ei scribit: Consulumus tibi, Pater uenerande, quatenus ad tempus propositi tui, tibiq; consentientium rigorem, sic temperes, ut infirmorum salutem non negligas. Inuitandi quippe sunt ad arctiorem uiam, non cogendi, quibus utique semel in Ordine illo Cluniacensi praesente consensisti. Sic Aaron sceleratis tumultuantis populi contra uoluntatem suam clamoribus cessit. Sic Samuel eidem populo inordinatè Regem petenti, inuitus Saulem inunxit.

Hoc paterno affectu & spiritu plenus ipse S. P. N. Ignatius, teste oculato P. Ribadeneyra, hac ratione quendam sanauit: Adolescens, inquit, Rib. 1. f. 1. dim. c. 10. quidam Germanus, nostrae Societatis Nouitius, tam grauius aliquando vexatus est, ut de mentis constantia deiceretur. Ad illum sanandum nihil non tentatum ab Ignatio est, sed nullo successu. Sic enim obfirmatus erat animo, ut omnibus consilijs aures occluderet, omnibus machinis impenetrabilis resisteret. Sed miserum Adolescentem fraudulenter circumuentum ab ueratore, humanis generis hoste, atque irretitum uident;

in Diario.

l. 3. c. 10.

S. 23. in Cant.

55.

epist. 25.

l. 2. Offic.

2. Paral.

30. 2.

Num. 9.

Deut. 24.

1.

Matth. 19.

7.

8 p. C6ft.

c. 1. G.

Exo. 31.

1. Reg. 16.

deus conatum diaboli suo Ignatius conatu, perinaciam constantiâ, calliditatem charitate vincendam existimavit. Rogat Nocturnam, vt aliquot dies domi adhuc maneat, eâ conditione, vt Societatis omnibus solutus legebis, suo arbitratu vivat, dormiat, vigilet, edat, bibat, in otio denique atque in negotio, ad suam voluntatem sit id, in a vsu fieri. Ministro Domus precepit. Accepit conditionem Adolefcentem se sibi permisit, liberè caput vivere, quasi exolutus Regularum vinculis, quibus se dolentibus constitutum. Sed hac remissione animi, hac Ignatij benignitate, quasi respiravit, atque ita immutatus est, vt illum sat puderet, pigeretq; & penitentia sua penitentiam agens, ab eius Patris amplexibus deinceps nollet distcedere, cuius tantam in se experiebatur caritatem. Hac Ribadeneyra.

Hoc B. Laurentius Iustinianus observavit in Christi Domini silentio, qui cum post monitos Discipulos sine fructu, inuenisset iterum in horro dormientes, illas, vt prius, redarguere noluit, tanquam ad suscipiendam correptionem inhabiles. Silentio suo maximam ad subditorum regimen eruditionem dedit, iudicavit quippe ex se, vt eo tantum tempore delinquentes arguantur, atque vitiatorum macula increparum deteratur, quo is, cui dicitur, corrigibilis est, alioquin vulnus superadditur vulnere. & passio passio cumulat, fitq; frequenter, vt grauior sit recidua correptionis, quam damnium perpetrati criminis. Quamobrem maxima est adhibenda in correptione prudentia. Consideranda est peccati qualitas, peccantis conditio, intentionis peruersitas, correptionis tempus, & verborum mensura. Horum aliquo deficiente, redargutio ipsa, vix absque delicto, committitur. Non vetat hic sanctus Præsal corripere proteruos & obstinatos, qui videntur incorrigibiles, sed monet, ne tales, sine induciis, perpetuò corripiantur, sine vlla intermissione, sine dissimulatione quarundam rerum, & eo tempore, quo ob peccantis malam dispositionem, correptio magis nocere, quam prodesse queat. Tempus est enim in tacendi, & tempus loquendi, etiam in correptione delinquentium locum habet, ne nimium exprimendo lac, sanguinem exprimamus.

Ego verò singulari Dei beneficio hoc tribuo, quod hunc olim Nocturnum, postea Sacerdotem, P. Valerianum Rendux, Romæ Ann. 1594. primum agnouerim, cum eo quæque annis aliquot postea in Collegio Romano vixerim. In quo redactus ad cæcitatem vtriusque oculi, semper hilaris, semper affabilissimus, quoad vixit, Confessarius fuit Studiosorum externorum, tanto zelo salutis eorum accensus, vt quamuis profusus nihil cerneret, sine vilo humano ductore, diuineris studio omnibus suis passibus & gressibus, dum tempus instaret audiendarum in templo Collegij Romani Confessionum, sine vlla tergiversatione & morâ, primus accedere solitus fuerit, quamuis per varios anfractus & gradus, descensu & ascensu difficiles, pergere cogere, suo bacillo, & vicinorum murorum contactu sed inprimis Sancti Angeli occulto

humanis oculis ductu, sese à lapsu, & præcipitij casu custodiens. Vir candidissimus, & innocentiam quandam Paradisi præferens, carus omnibus, nulli molestus, semper lætus, omnia laudans, nil malâ interpretatione, aut detractioe denigrans, cedens omnibus, in nullâ re curiosus, vno verbo, de nullâ re humanâ sollicitus, Deo, sibi, & adolefcentum procurandæ salutis intentus, quam mirâ benignitate animi, & affabilitate sermonis, accuratè quærebat: ideo que magnus fuit ad eius Confessionale Iuuenum concursus per vniuersum. Quod ille, etsi prætextu cæcitatæ, inuicemore suo ingressi situm loco, petere potuisset, in vltimâ tamen & omnium remotissimâ templi parte, ad ipsam templi, plateæ publicæ proximam portam, sibi delegit. Vt hinc appareat Ignatianum in tentatis iuuantis modum, non breui aliquâ emendatione morum, sed maximè diuturnâ, Deo paternum in gubernando affectum commendante, coronari.

Hoc spiritu imbutus à S. Ignatio, B. Franciscus Borgia, cuiusdam Societatem ingresso, famulam concessit, qui vestibus, calcisq; eum spoliaret; alteri, vt quotidie mutaret indulum; alteri, vt loco cellæ angustæ, amplo domicilio uteretur: quos tamen breui harum rerum pudit. Dicebatque eos, qui ceteris præessent, non vna omnes, qui parerent, regulâ metiri oportere; sed bonos milites imitari, qui pro fistula capiti, machinam illam bellicam, sulphureo puluere implent, ne dissiliat. Præbuerunt huius indulgentiæ exempla Sancti veteres. De S. Anselmo scribit F. Edinerus eius conuictor, fuisse sub eius disciplina Osbernum iuuenem Monachum, dum Anselmus ante colatum sibi Archiepiscopatum Cantuariensem Prioris Officio fungeretur in monasterio. Videns enim Osbernum, ingenio sagacem, & artificiosum ad diuersa opera polentem manibus; sed mores eius peruersos, hæc omnia decolorantes, & insuper odium animo more canino contra Anselmum exercentem, odium eius, quantum ad se, non magni pendens Anselmus, mores tamen illius conuenire sagacitati ingenij eius magno perè cupiens, cepit quadam sanctâ calliditate puerum piis blandimentis delinire, puerilia facta eius benigne tolerare, multa illi, que sine Ordinis detrimento tolerari poterant, concedere, in quibus & etas eius delectaretur, & effrenis animus in mansuetudinem curuaretur. Gaudet & puer in talibus, & sensim à sua feritate, ipsius dimittitur animus. Incipit Anselmum diligere, eius monita suscipere, mores suos componere. Quod ille intuens, præ ceteris eum familiariter amplectitur, nutrit, fouet, & vt semper in melius proficiat, omnibus modis hortatur, & instruit. De hinc paulatim ei, que concesserat, puerilia subtrahit, eumq; ad honestam morum maturitatem prouehere satagit. Non frustratur pia sollicitudo eius, proficiunt in Iuvene acrobarrantur sacra monita eius. Ergo vbi de firmitate boni studij adolescentis se posse considerare animaduertit, mox omnes pueriles actus in eo refecat, & si quid reprehensionis

l. 4. vit. cap. 8.
l. 1. vit. cap. 12. Sur. 2. 1. Apr.



sonis eum admittere comperit, non modo verbis, sed & verberibus acriter in eo vindicat. Ille aquanimiter cuncta sustinet, confirmatur in proposito omnis religionis, fermet in exercitio discende omnis sanctae actionis, suffert patienter aliorum contumelias, opprobria, detractiones, seruans erga omnes affectum sincerae dilectionis. Cum autem paulo post Osbernus mortuus fuisset, S. Anselmus diuinitus cognouit, fuisse ante mortem omnium totius vitae peccata Osberno dimissa.

57.

Nono, non postrema est paternae beneuolentiae significatio, si Superior agnito subditi sui lapsu, eum deplorantis, soletur illum, & ad spem erigat, & pudorem miselli poenitentis eo benignitatis affectu excipiat, quo Christus Dominus, omnium Superiorum Idæa, excepit Magdalenam in domo Simonis leprosi plorantem, & adulteram à Pharisæis accusatam & in adulterio deprehensam. Hanc caritatem Christi Domini, sui Magistri imitati Apostoli tale monitum dederunt Sacerdotibus, ut scribit S. Clemens Papa & Martyr Apostolorum discipulus: Oportet vos hortari eos, qui in peccatum inciderunt, & ad poenitentiam inuitare, & bonam spem iniicere, ac non existimare vos delictorum communionem habituros ob caritatem, qua erga illos ostenditur. Libenter vero poenitentes admittite, gaudentes illorum causa, cum misericordiâ & humanitate iudicantes eos, qui deliquerunt. Nam si aliquem in ripa fluminis ambulantem, & labi incipientem, baculo impuleris, & in flumen deieceris, cui potius manum eras porrecturus, certe, occidisti fratrem, cum labenti dexteram prebere debeas, ne penitus intreat, ut populus admonetur, & ne, qui peccauit, omnino pereat. S. Chryostomus id sic commendat: Hic optimus est medicinae modus, ut non modo secentur vlcera, verum etiam obligentur, hæc præclara doctrinae lex est, ut non modo reprehendantur Discipuli, verum etiam cohortationibus & consolationibus adiuuentur. Ita quoque Paulus fieri iussit: Argue, increpa, exhortare. Quod si semper exhortetur quispiam, negligentiores reddit. Auditores: si tantum increpet, asperiores efficit. Cum enim assiduorum onus reprehensionum ferre non possint, confestim abscedunt. Quocirca varius quidam adhibendus est docendi modus. Hoc imitatus, suo exemplo docuit

1.2. C68.
c.18.S. de non
conc. ad
grat.1. Tim. 4.
2.L. 1. Vit.
PP. apud
Rosv. p.
516. n. 103.

Abbas Sisoius, Apud quem cum quidam frater frequenter talem sermonem requireret, dicens: Quid faciam, Pater, quoniam cecidi? Respondit: Surge. At ille respondit: Excurrexi, & iterum se cecidisse confessus est. At Senex, & iterum surge. Cum autem frequenter se surrexisset, & frequenter cecidisset se narraret, eodem sermone Senex utebatur, exclamans: Non cesses exurgere fili. Cui Frater ait: Vt quequid possim surgere, Pater, explana. Tunc Senex ait: quousque aut in bono opere, aut in malo deprehensus fueris, in eo iudicabitur.

58.
ep. seu
paranefti
ad Theo-
dor.

Præbet huius rei exemplum Diuina Maiestas omnibus Superioribus Vicarijs suis: Tanta est enim, inquit S. Chryostomus, excitans ad poenitentiam lapsum Monachum Theodorum, Dei humanitas, & erga nos amor, nunquam auersatur

poenitentiam sincere factam, si quis ad malitie fines olim penetravit, illinc eum ad virtutis viam reducere conatur, & suscipit redeuntem, & suaviter amplectitur, nihilq; non facit quod in pristinam dignitatem reformet. Quodq; est maiori facilitatis argumentum, etiam si non præferat omnem poenitentiam, breuem illam, & exiguo tempore factam non abnuat, sed magna pensat mercede: idq; manifestum est ex ijs, que de populo Iudeorum alicubi dicit Isaias: Propter peccata paulisper contristavi eum, & percussi eum, & faciem meam auerti ab eo: & ipse contristatus sum, & ambulavi in cinis, & sanauit eum, solatus sum eum. Idq; probat etiam exemplo Achab, qui cum scidisset vestimenta sua, & operuisset cilicio carnem suam, teinuasissetq; & dormiuisset in sacco, & ambulasset demisso capite, dixit Dominus ad Eliam: Nonne vidisti humiliatum Achab, coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Post hunc, Manasse cunctos insana anteuit, ac tyrannide, legalem euerit cultum, templum clausit, idolorum errorem Deo aduersum iniecit, vniuersis, qui ante se vixerant, impietate præstans. Is posteaquam aliquando respuit, relatus est in numerum amicorum, bonum cursum consummauit. Non enim ad temporu rationem, sed iuxta affectum anime solet diiudicare poenitentia. Niniuita non multis diebus peccati, ut peccatum eorum deleret Deus: tempus exiguum potuit vniuersam eorum aboleri iniquitatem. Et latro haud longo tempore ingressum Paradisi impetrauit. Quatuorq; horâ se quis deiiciens, vel vnum dixerit verbum, in eo momento totius vite peccata simul absterfit, atque ante Apostolos officij grati præmium suscepit.

Quocirca si Deus in proprijs iniurijs gratissimis, summo opere nocentibus, etiam toti Regno, & populo, tantâ benignitate recepit scelestos illos poenitentes, quanto magis Superiores, dum vident subditi minoribus peccatis coinquinos, sed verè poenitentes, eo debent affectu suscipere, quo Pater Filium prodigum suscepit, illis à Christo Domino ad imitationem propositum, quin potius illo affectu, quo Deus poenitentes & humiliatos recepit, & ipsos recepit olim Superiores, dum in seculari statu fortè magis Deum (quam nunc illorum subditi eos offendant) offenderint.

Specimen boni Superioris dedit David, de quo S. Ambrosius l. 2. Offic. c. 7. sic scribit: Quid S. David, electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis & quam blandus, humilis spiritu, sedulus corde, facilis assatu? Ante regnum se pro omnibus offerbat. Rex cum omnibus æquabat suam militiam, & patiebatur laborem, fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in conuicio, ferre magis promptus, quam referre iniurias. Ita sibi gratis officij plebem obligauerat. Primum ut in discordijs populi exulare in Hebron mallet, quam in Hierusalem regnare. Deinde ut etiam in hoste positam virtutem diligeret, iustitiam etiam his qui arma contra se tulerant, æquè ac suis præstantiam putaret. Denique fortissimum aduersæ partis propugnatorem Abner Ducem & insipientem prælia mitatus est.

Orantem pacis gratiam non aspernatus honoravit. Non respondebat conuictis; cum sibi de rogaretur, orabat. Meritò sic expectus est ab vniuerso populo, ut venirent ad eum omnes tribus Israel, dicentes: Ecce nos ossa tua, & caro tua sumus.

Confirmantur omnia supradicta aureis monitis Concilij Tridentini, è tam multis viris sanctis, & doctis, & expertis, pro reformatione Ecclesie congregati, sic Superiores Ecclesiasticos alloquens: Illud primùm eos admonendos, ut se Pastores, non percussores esse meminerint, atque in præse sibi subditis oportere, ut non eis dominentur, sed illos, tanquam filios & fratres (natiu minores) diligant: elaborentq; ut hortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne vbi deliquerint, debita eis panis coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Aposoli est ab ijs seruanda præceptio; ut illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate, & patientiâ, cum sapè plus erga corrigendos agat beneuolentiâ, quàm auferat; plus exhortatio, quam comminatio; plus charitas, quàm potestas. Sin autem ob delicti grauitatem, vrgè opus fuerit, tum, cum mansuetudine rigor; cum misericordiâ iudicium; cum lenitate seueritas adhibenda est. Vt sine asperitate disciplina saluatis populis, ac necessaria conseruetur: & qui correcti fuerint, emendantur, aut si resistere noluerint, ceteri salubri in eos animaduersionis exemplo, à vitijs deterreantur.

CAPVT SEPTIMUM.

De eodem paterno affectu Superiorum erga subditos.

Decimò, conciliat vel maximè beneuolentiam, & opinionem de paterno Superioris erga subditum affectu, si post admonitum, vel etiam si opus fuit, punitum, ita se getat, ac si oblitus esset præteritorum eius defectuum, nullo proliùs prodens iudicio, eorum in se memoriam residere. Quod ij non faciunt, qui bis puniendo id ipsum, exprobrant postea subdito lapsus præteritos, siue coram ipso, siue coram alijs eos commemorando, & vix sanato vulnere nouum infigendo vulnus. Impedit talis agendi modus sinceritatem in aperiendâ conscientia necessitatem. Meritò enim timere imperfectus subditus potest, si nouos manifestet defectus, nouam suppedaturum materiam, & maioris exprobrationis & confusions sui, & quasi noua contra se flagella Superiori oblaturum. Imitandus ergo est hac quoque in re Dei mos, qui delectorum per penitentiam peccatorum, se non recordaturum amplius, per Prophetam promisit, & proiecturum in profundum maris omnia peccata nostra.

Qua de re sic differit S. Chrysostomus: Cum in vehementem Dei charitatem reuerterimus, non meminit priorum. Non est, sicut homo, Deus, nec enim exprobrat præterita, neque dicit, quare tantum temporis

distulisti? Si penitentiam agamus, sed cum accesserimus, diligit, & cum ipse timore carnes nostras confixerimus. Quid Manasse deterius? Deum tamen propitium habere potuit. Quid Mattheo deterius? & constitutus est Apostolus. Quid Paulo miserius? sed constitutus est Euangelij præco. Quot tales alias viderè mutationes? & quondam gestas, & quotidie nunc occurrentes: Propterea dico, neque scenicus desperet. Ad illum dictum est? Numquid qui cadit non resurget? Itaque nec Superior desperet de vilo, & præteritorum lapsuum, Deum imitatus, non recordetur amplius, nec se meminisse ostendat, & ut dicitur, ne tanquam per traditionem quandã perpetuam, eorum memoriam ad posteriora tempora transfundat. Itaque hac quoque ratione se exhibendo Patrem, experiat in subditis sinceritatem filialem. Reliquit nostris Superioribus huius paternæ benignitatis exempla S. P. N. Ignatius, de quo testis oculatus Ribadeneira hac scribit: Se ab errore reuocantes æque comple-

60.

l. r. vit.

c. 7.

61.

tebatur, ac suscipiebat, ac si nihil deliquissent, ut præfenti beneuolentiâ illorum minueret verecundiam, & omnem errati memoriam sempiternâ obliuione deleteret: nec vulneribus modo, sed cicatricibus etiam maderetur. Hoc didicerat à S. P. N. Ignatio P. Euerardus Mercurianus IV. Societatis nostræ Præpositus Generalis, quem ab antiquis & prudentissimis Patribus Romæ audiui, tantum Societati, in eâ gubernandâ, profuisse, quantum profuerat ipse B. P. N. Ignatius, solâ Societatis Fundatione exceptâ. Hic ergo inter alia præclara monita Superioribus in epistolâ ad eos datâ hoc quoque reliquit n. 4. Caueat ut ne subditis occasionem præbeat suspicandi, quòd de ijs malè sentiat, aut diffidat, & c. Neque omnium modo, sed imperfectiorum etiam quorumlibet ostendet se spem bonam concipere futura emendationis, nec se præteritorum esse memorem.

62.

Vndecimò, conciliat hoc quoque opinionem paterni affectus & beneuolentiam in subditis, si sint persuasi de Superiore, quòd aliorum necessaria vel vtilia monita æquo animo ferat, & magis, si ea ipse quoque expetat, & querat. Nemo quippe est, inquit S. Gregorius, disserens de Prælati, qui ita viuat, ut aliquatenus non delinquat. Ille ergo se ipso amplius veritatem desiderat amari, qui sibi à nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim Petrus increpationem Pauli libenter accepit: Hinc David increpationem subditi humiliter audiuit: quia Rectores boni, dum se priuato diligere amore nesciunt, libera puritatis verbum, à subditis obsequium humilitatis credunt.

2. p. P. Alti

c. 8.

Hinc inter monita quæ P. Balthasar Alvarez Vit. c. 23. scripta reliquit pro bonâ gubernatione Superiorum, & quæ ipse exequabatur, octauum fuit: Vt boni consulat quicquid à quocunque ipsi dicitur, vultu ipso & verbis gratum animum ostendendo: nam vel hoc solo, qui sunt exulcerati, conquiescunt, & ipse poterit in multis iuuari, & hoc ipsum sufficere ut ab omnibus iuuetur.

Duodesi-

63. Duodecimō, multo autem magis Superior sibi subditorum benevolentiam conciliabit, si patienti ferat animo iniurias sibi illatas subditorum. Nam, ut ait S. Chrysostomus, in numeris h. 15. ep. Timoth. Proposuit est ad lacerandum: alius culpam, alius laudat, alius detrahit, alius memoriau, (scilicet in ejectionibus) alius compositionem, (exhortationis, vel concionis, aut consultationis modum) in ius (intulendo, taxando) trahit: magnaque illi constantia ad ista toleranda opus est. Sed nisi parentem se exhibeat, subditum non iruit, sed irritabit magis contra se; patientiam autem suam vincet eum. Nihil mansuetudine violentius, inquit S. Chrysostomus: Non potest ignis igni extinguī: sic nec furor furorē demulceri, quod ignis est aqua; hoc est ira mansuetudo. Exemplum huius mansuetudinis Prælati necessarīe in ferendis æquo animo illatis sibi iniurijs, datum ait à Sponsa S. Bernardus, dum æmulas suas, à quibus appellata fuit nigra, nigredinem improperantibus, non appellavit filias Babylonis pro earum nequitia, sed filias Hierusalem. Maluit, inquit, ipsas fauorabili demulcere vocabulo, quia cura fuit ei, infirmarum potius dare operam salutem, quam propriæ vitioni. Omnibus quidem optanda est ista perfectio, propriè autem optimorum forma est Prælatorum. Qui cum interdum murmur cuiuspiam animæ languentis sibi credita, querule vocis indicio deprehendunt, etsi in ipsos vsque ad conuicta & contumelias prorumpentis, medicos se & non Dominos agnoscentes, parant consiliū aduersus phrenesim animæ, non vindictam, sed medicinam, ut blando sermone deliniant murmurantes, commotionem sedent, sanent liuorem. Scriptum est enim: Lingua pacifica composit lites.

64. Extat huius rei præclarum exemplum in vitâ S. P. N. Ignacij à Ribadeneira scriptum: quod & paternum erga contumaces subditos demonstrat Ignacij affectum, & quantoperè Deo sit accepta talis Superiorum patientia. Acerbior, inquit, exiit quidam Pater, impetu quadam animi abreptus in Ignatium, & contumacior: pro quo in Misâ orans Ignatius instantius, & magnam vim lacrymarum profundens, clamabat ad Dominum: Ignosce Domine: Parce Domine: Cui Dominus: Sine me, ego enim pro te vindictam sumam: Ego, nisi respiciat, vltor existam. Accidit autem postea, ut ille Pater, in templo quodam, Sanctorum Reliquias aliquando venerabundus intueretur, & inter beatissima ossa, quasi hominis aspectum videret, truci vultu flagellum intentantis, nisi Ignatio paruisset. Quod ille ipse Ignatio, inquit Ribadeneira, Ignatius mihi narrauit. Eo viso, quâquam homo tumorem compressit, animosq; submisit, multo tamè postea magnisq; molestis affectus est, ut verissimum fuisse constaret, quod Ignatio à Deo fuerat significatum. Hoc spiritu plenus P. Claudius (non immeritò, dum eligendus esset Præpositus Generalis, visus à S. Ignatio Beatissima Virgini præsentari, & dum iturus esset ad cælum, ab eodem S. Patre deductus) hoc quoque Superioribus Societatis præscripsit: Si Subditus

murmuret aut conqueratur contra illum, factus velat homo non audiens; caueat diligentissimè, ne aut cum eo, qui detulit, aut cum alio quopiam, ita loquatur, ut ostendat se etiam vulneratum, aut ita rem exaggeret, ut dicat: Hæc tolerari non posse: omnino illum severe castigandum: non esse tales dignos, qui in Societate retineantur; & huiusmodi alia. Sed cum mansuetudine illud potius: Doleo bonum fratrem in hac prorūpisse, præsertim cum Superioris personam teneo; cupere omnino suspiciones has euellere ex ipsius animo: ex passione vehementi ista dixit: compatior illius infirmitati, cum præsertim hæc, quia in alios redundant, & scandalum pariant, aliquo remedio urgeant. Oremus pro illo: Videamus quid consilij capiendum, sanare eum potius, quam humilitate cupio.

Ita sunt voces paternæ. Talibus modis etiam proterua, & durissima corda flectuntur ad amandum Superiorem, etiam antea exosum. Vt enim benè ait B. Laurentius Iustinianus, Prater mandante Domino corripatur blandè ac dulciter. Nā mollibus potius quam duris sermonibus compungitur animus delinquentis. Sed dum furias & minas, & scommata, contra se absentem vel præsentem dici audiunt, quid mirum, si se ei sincere in ratione conscientia non apertant, ne oleo suo incendium Superioris ardeant? Si enim ob pauiores defectus agnitos eum experiuntur asperum, merito possunt metuerè acerbiorè eiusdem asperitatem, si plures suos defectus ei aperuerint. Qui enim, ut scribit S. Isidorus Pelusiotæ, optimâ mediocritate vtuntur, ij nec contumeliam inferunt, nec adulantur; sed verborum libertatem ac licentiam pudore, atque obiurgationem suauitate condientes; ita demum ad eos, qui sui ignorantia laborant, curandos veniunt. Idem alio in loco Lamprætio Episcopo scribit: Haud absre Sapiens monuit: Noli esse nimium iustus. Cauetas ergo velim, ne in ijs, in quibus alij aduersum te peccant, feruorem & acerbum Iudicem te præbeas, verum iustitiam bonitate vince, ijs nimiam, qui veniâ indigna peccata in te admittunt, veniam tribuens.

Porro P. Claudius in his sitam rebus asperitatem Superioris iudicauit, in primâ suâ ad Superiores epistolâ: Asper, inquit, & grauis est Superior, cum nimium credulus primis quibusq; delationibus tenaciter adheret, nec ab ijs se abduci patitur. Asper est, cum quasi omnes transgressiones æquales sint, eadem minoribus quas maioribus penas decernit. Asper est, cum ijs, quæ solâ monitione corrigi possunt, acriora adhibet medicamenta. Asper est etiam: cum loci, & temporis momenta, & opportunitatem expectare nescit: cum errata, quæ secretâ correctione emendanda fuerant, ita palam facit, ut subditum confundat: cum in corrigendo iracundiâ magis agit, quam zelo, & charitate duci se ostendit, verbis, ac gestibus incompoti ac perturbati animi signa exhibens; quæ non modo nihil conferunt ad consequendum, quod sibi proposuit, sed etiam maximè nocent. Nam cum duo sint, quæ in subditorum animis, cum castigantur, plurimum valere solent, alterum reuerentia, quæ erga Superiorem affertur,

dicuntur, et opinione de illius virtute ac probitate concepta: hac sane opinio debilitetur, necesse est. cum illum vident hominem similem alijs, non minus quam alios, ad passionum impetus expositum: alteri persuasio, quae se diligere credit: hac certe minus necesse est, cum quis videri Superiorem, neque paternè neque amantè secum agere. Asper demique est, cum omnino is, qui praest non ostendit se ex charitate moueri, & desiderio perfectionis filiorum, cum reprehensionis austeritatem non temperat dulcedine spei, quam de illorum emendatione atque profectu praesferat.

Hac quoque spectat Monitum P. Balthasaris Alcaez pro Superioribus scriptum & seruatum ab illo: In paruis rebus non sit valde seuerus, quasi ipse valde esset iustus, nec frequens sit in reprehendendo. Sic enim gubernatio redditur grauis ac dura, & ex frequentatione vilescit, nec sentitur dum adhibetur.

Porò satis non erit bono Superiori, suorum beneuolentiam & confidentiam expetenti, passiuè tantum, vt ita dicam, excellere patientià, sed etiam actiuè opus est, iuxta praeclearam S. Bernardi doctrinam missam Gilberto Episcopo vniuersali Londoniensi, translato à Cluniacensibus pacatis, ad Rhotomagenses rebelles: Dico, inquit, sufficiebat tibi apud Cluniacenses custodiri innocentiam: porò apud Rhotomagenses opus est patientià. Nec solum patientem esse, qui nolit vinci à malo (talem patientiam appello, passiuam) sed & pacificum, qui vincat in bono malum. Alterum, vt malos portet, (patientià passiuà) alterum, vt & quos sustinet, sanes (patientià actiuà) In patientià tuâ, possides animam tuam: sed sis etiam pacificus, (id est est pacificans rebelles) vt & commissis tibi possideas. Quae tanta gloria, quam dicere possis: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus? Esto ergo pater, quia es cum malis; esto pacificus, quia praes malis.

Decimotertiò; Hoc quoque denunciat Subditorum animos, vt Superiorem tanquam Patrem ament, eique sua omnia oculo celsissima de regant, dum vident ab eo subditos, benè de Societate meritos, & vitæ religiose praeclearis exemplis relucentes, honorari, (vti mos fuit S. Ignatii) & coram domesticis, & magis coram externis.

Hoc monitum dedit S. Bernardus Rainaldo, suo olim subdito, postea facto Abbati Fulniacensi, cum pro eius solatio & auxilio submisisset alium Monachum, suo Spiritu imbutum: Onus meum tibi paritum sum, vt filio, vt necessario, vt fidelis Coadiutori meo. Vide quomodo te oporteat paternam portare sarcinam, &c. Quae sane sunt onera: portare non indigent, ac per hoc nec onus sunt. Quoscumque igitur de tuis inuenieris tristes, pusillanimes, murmuratos, ipsorum te Patrem, ipsorum te noueris Abbatem. Consolando, exhortando, increpando, agis opus tuum, portas onus tuum, & portando sanas, quos sanandos portas. Si quis verò ita sanus est, vt magis tuet te, quam iuuetur à te, huius te non patrem, sed patrem; comitem, non Abbatem agnoscat. Quod hic

Sanctus docuit, hoc factis ostendit. Quia, vt in eius vitâ scribitur, In libertate spiritus excellenter euit, cum humilitate & mansuetudine: vt quodammodo videretur. & vereri neminem, & omnem hominem reuereri. Hac Pastoralis beneuolentiâ plentis S. Ambrosius, ad Episcopatum Mediolanensem euectus, cum Româ venisset Simplicianus, rituum Ecclesiasticorum peritus, coluit illum Ambrosius, vt parentem, & patrem appellare consuevit (grandior enim erat aetate) & obseruauit vt Magistrum. Memor enim erat illius moniti Apostoli: Seniore ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Pater Obsecra, in Graeco est παρὰ πατέρα, quod, inquit Noster Cornelius, tria significat. Primò, Exhortare, vt veritè Vatablus. Secundò, Consolare. Tertio, Obsecra, vt veritè noster. Vult enim Paulus senes haberi, quasi patres, vt si peccent, moneantur quidem ab Episcopo, sed eâ reuerentiâ & lenitate, vt potius eos obsecrare, quam admonere videatur. Ita tractabatur P. Paulus Camers S. Xaerio charissimus, & eius vices in gubernandâ Prouinciâ Indicâ interdum obiens, qui, etsi velle e sententiâ suâ res geri, ac si quid praeter id fieret, erratum putaret (is nimirum senum, & maxime quâ quisque in re princeps fuit, seu zelus, seu morbus est) iam praesens & vultudine veluti emeritus habebatur, bonitatis, sua permittebatur. Talem ego procedendi modum cum personis similibus diligenter obseruauit in duobus Praepositis Generalibus, ac multis Prouincialibus in Italiâ, in diuturno cum ijs per multos annos conuictu. Quod & ipsis maiorem conciliauit venerationem & amorem, & in subditis maiorem confidentiam & obedientiam.

Decimoquarto, hoc etiam Superioribus parte subditorum synceram in manifestatione ipsorum beneuolentiam, si sciant, Superiores agnitis suis, in hac vitæ nostræ fragilitate, & multarum ignoratione rerum defectibus, vel erroribus in gubernatione commissis, eos ingenuè fateti, si id speretur placaturum subditum offensum. Sic fecit S. Bernardus scribens ad Robertum Nepotem suum. Si tuam culpam agnoscis, ignosce & tu mihi, vbi meam agnosco. Quocirca Superior hunc imitari debet Sanctum, & vti ille ibidem fecit, excusare nepotis lapsum exemplo lapsum Davidis Salomonis, Samsonis, quod minus erubesceret se deliquisse.

Ita se gerat Superior, quemadmodum de se scriptum reliquit magnus multorum Superior, & Ecclesiae Doctor S. Augustinus. Diuersarum curarum astibus ac difficultatibus conturbatus, si quem forte non, vt, poscebat, audiuisti; si quem tristius, quam vsus erat, aspexi; si in quem verbum durius quam oportebat emisi; si quem corde contribulatum, & opis indigum responsione incongruâ conturbauisti; si quem pauperem, mihi in aliud intento importunius insistentem vel praetermissi, vel distuli, vel etiam nutu aspero contristauisti; Si quis in suâ conscientia non agnouit, quod de illo humanitus suspicatus sum; vos quibus pro

1.3.6.6.

Baron. in vita eius col. 12. & ante penult. 1. Tim. 5. 1.

Sacchin. 1.4. n. 243. 2. p. Annual.

68.

epist. 1.

h. 24. et hh. 50.

via

his atque huiusmodi offensis esse me facer debitorum, simul me vestrum credere debitorum. Nam pullos quos fouet sape in angustiis, sed non toto pedis pondere calcas & mater, nec ideo desit esse mater. Dimittite ut dimittatur vobis. Dimittite amanti vos, debita difficultatis, qui nec contra inimicos debita crudelitatis tenere debetis. Ad summum, omnes vos obsecro, commendare Domino curam pro vobis meam. Atque haec verba S. Augustinus publicè in concione ad suum populum proferre non erubuit.

Eum adhuc quadam ex parte superauit P. Sebastianus Romæus à S. Ignatio Rector Collegij Romani (quod ei vique ad mortem S. Patris regendum commiserat) constitutus, qui morti proximus, inter tria, pro quibus publicè, audientibus aliis, Deo egit gratias, vnum fuit: quod etiam dum esset Superior, nunquam iussit cubitum, non placato eo, quem sciret sibi, etiam nullà se datà iusta causa, esse offensum.

CAPVT OCTAVVM.

De eodem affectu paterno erga subditos, praesertim egrotantes.

69. Decimoquind. Hoc quoque vehementer excitat filialem erga Superiores affectum, & ad sincerè ei aperienda omnia, si sciat Superiorem nunquam de suis defectibus quicquam coram aliis locutum, quin potius vel laudantem, vel excusantem res suas: ut è contrario, occluditur sinceritati aditus, dum scit Superiorem coram aliis vel res suas irrisisse, vel improbasse, vel malè interpretatum esse, aut suspitione de rebus suis sinistra laborare, vel laborasse. Quemadmodum enim suspicio de altero, impedit charitatem erga alterum, ut ait S. Bernardus, & est amicitiae venenum, ut inquit S. Augustinus, lib. de amicitia c. 4. & charitatem lacerat, ut scribit S. Bonaventura, in stim. amor. c. 10. ira cognita alterius de nobis suspicio, etiam in nobis benevolentiam impedit, & facit, ne fidamus suspitionibus laboranti, & non tantum non credamus nos ipsi, eo modo, quo Christus Dominus non credebatur se Iudæis, de eo malè persuasis; sed ut nostra omnia illi occulta esse optemus, quò eius sinistrae interpretationes effugiamus: quod multò magis accidit, si eius suspiciones ac iudicia nobis contraria, etiam patefacta verbis ab illo, coram aliis, resciamus. Quod facillimè & sapissimè rescitur, in hoc humanae linguae pruritu, & facilitate ad reuelanda etiam aliorum secreta. Ideo S. P. N. Ignatius de domesticorum erratis, mirum seruabat silentium, neque si quid admissum esset, ab aliquo minus decenter, cuiquam aperiebat, nisi fortè, ut emendaret: & tunc quidem tam modè ac mansuetè tam existimationi illius, qui peccauerat, amice, ut si vnus testis satis esset ad remedium, duos non

f. 5. de Ac sumpr. & f. 44. Paruo & in 8. p. n. et. s. sextum.

Ioan. 2. 24.

70. Rib. l. 5. cap. 6.

adhiberet, nudamq; culpam poneret ante oculos, nullà adhibita contentione, aut reprehensione verborum. Audi ego, inquit Ribadeneyra) ex ipsomet Patre, Confessarium aliquando à se questum, ut vnàm tantum culpam confiteretur, ea erat, quòd erratum cuiusdam, tribus Patribus aperisset, cum duo ad remedium adhibendum sufficerent: & tamen is erat, qui deliquerat, ut vno illo errato diuulgato, nihil eius existimatio apud tertium illum Patrem laderetur. Et ita loquebatur de omnibus, ut singuli bonam de ipsi opinionem illum habere intelligerent, seq; illi cordis esse. Non mirum ergo, quòd ei omnes sincerissimè se, & omnia sua, tanquam Deo ipsi, nota esse cuperent & aperirent.

Decimo sexto. Hoc quoque paternum Superioris affectum ostendit, & benevolentiam ac sinceritatem subditi conciliat, si non iniungat inuitis, & iustas ob causas repugnantibus, ardua munia, seu occupationes: sed morem sequatur S. P. N. Ignatij, qui, cum maximè cuperet, ut sui in- differentes essent, & in his rebus, quae ad obedientiam pertinent, neutram in partem mouerentur, explorabat tamen diligenter, acuteq; perspiciebat, quo quemque natura duceret: quam in partem cuiusque propenderet, animus, & ad illius se honesta cupienti, inclinationem accommodabat: cum id intelligeret laboriosum esse, quod naturà sit repugnante, neque violentum quicquam esse diuturnum. Itaque in eo sapientie illius splendore erat maximus, quòd maximè disjuncta tam artificiose coniungeret: & indifferentià cum propensione cuiusque copularet. Quod antea sic praescriperat S. Basilii: illud obseruare Artistes debet, ne imponendis grauioribus, quam quibus sustinendis pares Fratrum corporis vires sint imperatis, eos, qui ea ferre non possint, ad abiciendam obedientiam, per contradictionem instiget: sed perinde, ut verus, ac legitimus Pater, aequè in cunctis beneuolus, vires corporis cuiusque considerare, atque ita munera singulis imponere, ac distribuere sortitò debet. Hoc ipsum sic suadet S. Gregorius Nazianzenus: Profectus non per vim coërcet, sed suasionem alliciat: nam quod necessitate extorquetur, praeter quam quòd tyrannicum est, & improbandum, ne firmum quidem, ac stabile est. Quicquid enim violenter cogitur, non secus, ac planta per vim manibus inflexa atque distracta, simul ut missum factum est, rursus ad se redire consuevit.

Decimo septimo. Infirmorum quoque curas, summo perè subditorum erga Superiores parit amorem, ac sincerum candorem, uti neglectus eorum, ac immiserordia, auerit animos. S. Teresa: quadam vice dixit Dominus, se peculiariter velle, ut habeatur cura infirmorum, illa enim Pralata, quae non prouidebat infirmis necessaria, & alia pro earum solatio, erat similis amicis Iob, quando quidem dum sua Maestas mitebat illis afflictiones pro bono animarum earum, Pralata exponebat periculo illarum patientiam: non prouidendo nimirum infirmis, id, quod & necessitas & solatium illarum exigebat.

Præluxit exemplo S. N. Fundator. Nam, ut scribit

71. Rib. l. 5. cap. 7. Confl. mon. c. 31. orig. i. c. 40. vii.

scribit oculatus testis Ribadeneyra, & Ludouicus Confalauus in Diario, Cùm aliquem è Scholasticis Collegij Romani in morbum incidisse audiret, totum quodammodo præ metu contremiscebatur: & iubebat fratrem, ut quis in morbum incidisset, ad se referretur; & quidem non per alium nuntium, sed per ipsum Rectorem Romani Collegij. Obsonatorem verò Domus bis quædam sibi renuntiare, num. Praefecto infirmorum emisset, quæ ad ipsorum ipse usum postulasset. Quod si pecunia ad sumptus non suppeteret, stanneas lanceas, vel quadras perpaucas, quæ in domesticâ suppellectili fortè reperiebantur, vendi primum, deinde lectorum stragula distrabi iubebat. Eorum causa domum, & quidem elegantissimo opere non rudiore, quàm soleant esse Carminum in vineis Romanis ades, in vineâ propè Templum S. Balvine edificandam curauit in quâ, qui literarum studiis inuigilarent, interdum laxarent animum, & aliquid de summa illâ studendi meditandiq; contentionem remitterent, nec facile morbos contraherent. Sed cùm inopia pecunie obstaret, nonnulliq; id dicerent, vincti quidem tum tempus esse, erat enim tunc summa Roma caritas annone, vt ipsi quoque Cardinales numerum familia cogerebant minuire) non laboriosè adificandi, nunquam de sententia deduci Ignatius paratè plures sibi ducens, quàm omnes defensores, cuius sui Fratris salutem. Et cùm ipse grauissimè langueret, & ad illum subleuandum, Patrum, qui Romæ tum quidem erant præcibus, temporarium Vicarium admittere cogere, omnibus, quæ domesticus Minister ad se referri ex præscriptâ officij sui Regulâ deberet, in Vicarium relictâ, illa tantum recepit, quæ ad curam salutemq; eorum, qui agrâ essent valetudine, pertinerent. Hæc enim ad se tunc quoque referri volebat. Cùm de nocte sanguis mihi ex brachia esset missus, custodessq; qui excubitas egerent, Ignatius apposuisset (erat tunc Ribadeneyra 15, circiter annos natus) & reliquit quædam se dedissent, ad multam noctem reliquis dormientibus, bonus sollicitusq; Pater vigilabat. Bis, terue misit, qui brachium exploraret, circumligatum ne esset commode, ne fortè solutâ venâ sanguis efflueret. Ita boni Patres sunt de bonis filiis solliciti: & qui tales sunt, experiuntur quoque in filiis eum amorem, & sinceritatem, quam tanta prouidentia parentum, & cura suorum, etiam ab ingratis, & dyfcolis extorquere solet. Hæc ratione S. Anselmus, cùm ante collatum Cantuariensem Archiepiscopatum, Prioris, in suo Monasterio, munus obiret, vt scribitur l. 1. c. 17. vitæ eius subditorum sibi animos deuinxit, & ad manifestationem suæ conscientia perduxit. Vnicuique enim infirmo, sicut expedire sciebat, necessaria suggererat, mors enim & infirmitates æquanimiter suffererat. Multis in suâ infirmitate desperati, per piam eius sollicitudinem sunt ad pristinam sanitatem reuocati. Ipse quippe Anselmus in usu habebat, infirmorum domum frequentare, singulorum Fratrum infirmitates diligenter inuestigare, & quod infirmitas cuiusque expetebat, singulis abique morâ seu radio subministrare. Sicq; sanus inquit Edinertus eius conuictor, & vitæ scriptor, pater, & infirmus erat mater, imò sanis, & infir-

Lancicij Opusc. Tom. 2.

mis pater & mater in commune. Sed quid inde secutum est? subiungit author vitæ eius: Vnde quicquid secreti apud se quisque illorum habebat, non secus, quàm dulcissima matri, illi reuelare sat agebat. Verumtamen solers diligentia iuuenum hoc præcipue exercebat.

Quocirca, qui subditos vult experiri in manifestatione conscientia: sinceros, vitæ hos circa infirmorum curam detestandos detestus:

Primo, Petenti aliquid subditos, vel diminutionem laboris, vel pharvacum, tanquam sibi necessarium ad iuandam sanitatem, vel ad abigendam aliquam occultam indispositionem, nõ credere (contra expressum monitum à P. Claudio hac de re in quadam præclarâ epistolâ Superioribus datum) sed id imaginationi eius, aut sensualitati adscribere. Sanè parentes suorum filiorum amantes, ad minimam filii querelam contremiscent, & adhiberi medelam curant, imò ipsi renitentem filium adiungunt ad sumendum pharvacum, si eum vel solito pallidiorem, vel debiliorem, aut dormire non valentem cernunt. Est enim sollicitus amor de rebus amatis, & non expectat cum remedio, donec ruant, sed anteuertit periculum. Hoc amore quia plenus erat S. P. N. Ignatius, cùm quendam Nouitium vidisset solito pallidiorem, statim aduocato præscripsit remedium somni longioris, & sic eum curauit. Idem præmonuit P. Claudius in Industriis: ante omnia, inquit, cauendum est, ne cùm aliquis, alioqui vir bonus, & qui aliquando cum adificatione laborauit, infirmitatem præteritis, & à laboribus se excusat, facile eum damnet, quasi imaginatum, & fugitantem labores: hoc enim vehementer contrisat, & sepe reuera duriciem sapit, non credere affirmanti. Sed si ex Medicorum relatu, & nonnullis signis deprehendat, aliquid esse admixtum imaginationi & otij, tunc cautè procedendum. Itaque etiam sic affecto, magnum ostendat compassionis affectum, consulat Medicos, & deinde eos secretò interroget. & quidem initio bonum erit, si infirmus à Medicis ipsis animetur, bonâ spe recuperanda citò sanitatis: deinde ab Infirmario, & aliis domesticis: tum suscipienda est illius cura per aliquot dies diligenter, illiq; spes faciendâ fore vt breui melius habeat, ita vt paulatim ipse cogitationem hanc deponat, asseratq; se iam melius habere, quod non semel in multis contigit.

Hæc cor Christi charitate plenu in P. Claudio Superioribus præscripsit, tam iis, qui non credunt verè infirmis, tum iis, qui aduertentes imaginationis falsam apprehensionem, ne quid expendant, durè suos repellunt, & violentè curant imaginationem, quam nunquam tali modo euellent, sed magis confirmabunt, & subditum ita à se auertent, vt non tantum conscientiam suam ei aperire nolit, sed ne in aspectum quidem tam duri villici venire velit, quippe magis de sumptu, quàm de suorum quiete, & solatio solliciti.

M

Secun-

Secundo. Alter defectus immisericordium Superiorum circa infirmos est, concedendo id quod petit, siue recursum ad Medicum, siue medicinam, vultu casto, & ostendenti sibi id non placuisse, subditum dimittere.

Tertio. Aegre ferre, idque signis ostendere, dum plures accurrunt ad Medicum domi nos inuidentem, peius autem esset, si Medicum nollet vocari ad aegrotum.

Quarto. Tam incommodum præbere pro cubatione infirmorum cubiculum, vel lectum, vel lectisternia, qualibus ipse sanus non uteretur.

Quinto. Cibos meliores infirmis, vel conualescentibus non suppeditare, & permittere, ut negligens Infirmarius illis malè seruiat, & magis credere Infirmario, quàm infirmo, dum se dicit, malè valere.

Sexto. Pharmaca, aliãve remedia (vbi sunt certi cibi, & certum genus potus) à Medico præscripta, aut negare, aut aegre concedere, aut minus efficacia, quàm initio Medicus præscripserat; vel Medicum inducere, ne pretiosiora præscribat, etsi is iudicari, securius & citius, per pretiosiora sanatum iri; quæ sanè, si sibi aegrotanti, vel dilecto alicui amico fuissent præscripta, nequaquam negasset.

Septimo. Rarè visitare infirmum, vel visitare vultu tetrico, benevolentiam, & commiserationem non præferente: vel hortari ad citò deserendum, valetudinarium.

Octauo. Petenti mutationem aëris conualescenti, vel aegrotò, & habenti signa certa petendæ mutationis, vbi sunt macies, pallor insolitus, insomnia, ciborum nausea, summa debilitas virium, & his similia, non cedere, & loco non mutare: cum tamen & Superiores Religiosi, & sæculares, & rustici ipsi pauperculi transferant etiam oves & vacas ex vno loco in alium, quando vel pascua, vel ouilia, vel haras audiunt à villicis, non esse ijs certo aliquo in loco salubres: quantò magis id facerent, si ipsa ouicula id peteret! O pastores ouium Christi, attendite, ne in iudicio oves contra vos valent.

Nono. Exprobrare, vel conqueri coram infirmo, vel coram alijs eo absente, quòd multum expendatur pro Medico, vel pro medicinis.

Decimo. Vix depulso morbo, cogere conualescentem, vt ad commune Refectorium, cibos sanorum, nullos particulares comesturus, redeat, & statim ad pristinos labores se conferat.

Vndecimo. Si quis insolitã corporis indispositione (etsi extra morbum grauem, qui cubatione in lecto non indigeat) se affectum sentiat, specialem cibum, ordinario meliorem, & ad confortandum, vel subleuandum in eã indispositione subditum, non suppeditare, sciendo hanc eias indispositionem, & necessitatem: Exempli gratiã, dolorem grauem ex calculo ortum; ciborum nauream aliquot diebus duran-

tem; tussim ingentem ac diuturnam; dolores capitis, vel ventriculi molestos & aliquot diebus durantes.

Duodecimo. Cogere omnes ad ieiunia, præsertim Quadragesimã, nullã habitã ratione, vel ætatis, vel debilitatis, vel laboris, aut indispositionis suorum.

De S. P. N. Ignatio scribit eius Minister P. in Diario Ludouicus Consaluus, ante initium Quadragesimæ solitum ipsum S. P. Nostrum aduocato, Domum Medico, singulos Nostros aduocare, & examinare, an posset ieiunare, vel deberet, expendendo vniuscuiusque vires, & indispositiones, & vrgendo, vt Medicus veteret ieiunia ijs, quos viscera eius materna videbant non posse ieiunare, vel aegre admòdum. Nec committebat huius rei curam Ministro, non fidens ei, quia habebatur pro minus misericorde, quàm esset S. Pater, vti ipsemet hoc ipsum de se scribit in Diario S. Patris gestorum. Quæ consuetudo etiam nunc Romæ durat: Ideò multi & in Collegio Romano, & in Domo Professã, partim carnes, partim lacticia, & oua (quibus ibi diebus ieiunij vesci non licet) iubente Medico, & Superioribus vrgentibus, comedunt totã Quadragesimã, etsi non decumbant, nec sint conualescentes, & omnia officia more sanorũ, & in scholis, & in templo, & domo beant, nequequam exterius in eis appareat speciem morbi præferens. Solum enim catarthi, & similes internæ affectiones, ibi magni sunt, vbi magna, & paterna viget charitas, quæ etiam in subditis conciliat filialem, & sincerum erga Superiores affectum.

Decimotertio. Non reprehendere Præfectum Valetudinarij, vel Fratrem ad seruitia infirmorum destinatum, si rescierit eum negasse necessaria infirmo, vel conualescenti: & dum est negligentia, vel immisericordia maior, eum non punire publice, quòd eo modo talia Fratribus negentur. Nihil enim talium in parentibus cernitur, si verè amant filios suos; sed nouerealem id redolet animum, tanquam à non tuã prole, alienum.

Decimoquarto. Prohibere ne infirmo dentur eibi, ab aliquo amico missi, meliores ijs, quàm domi dantur, non dedecentes tamen paupertatem religiosam, & necessarij, vel saltem vtiliores infirmo, vel conualescenti, aut vetare, vt accipiantur res eiusmodi pro necessitate, vel solatio infirmi, mitti solitæ. Sanè in Regulã 30. S. Pachomij diuinitus per Angelum traditã, præscriptum est: Si quis ante ostium steterit Monasterij, dicens se velle videre Fratrem, & fortè aliquid attulerit ciborum, quibus in Monasterio vesci licitum est, suscipere ipse non poterit, sed cuncta ad locum aegrotantium deferantur. Quantò ergò magis, si pro vsu solius infirmi aliquis sæcularis id misisset, susciperetur?

Decimoquinto. Concionatoribus quotidie

concionantibus, præsertim cum magno Spiritu, & alijs plus laborantibus, non compati, non suppeditare aliqua confortatiua, siue in cibo, siue in potu, iuxta conditionem & complexionis & virium, & laborum, plura, vel meliora corporis subsidia exigentium,

Quæ omnia & his similia proficisci solent vel ex defectu charitatis in Superiore, vel ex conditione seculari. Experientia enim ostendit, eos, etiam non omnes, qui in sæculo pauperes fuerunt, & alieno sumptu durè educati, Religionem ingreßos, & in eâ viuentes, durè, & parcè tractare suos. Vel certè, cum robustiores sint ipsi, non sciunt compati debilioribus. Ideò benè dicebat S.P.N. Ignatius: *Mirabili Dei providentiâ factum esse, ut tot ipse morbus esset obnoxius, ut ex suis doloribus aliorum dolores estimare disceret.*

Quâ in re Superiores illa duo naturæ præcepta si seruaerint: *Quod tibi (infirmo, vel cõualescenti vel indisposito aut tuo dilecto Patri, vel Fratri,) velles à tuo Superiore fieri, vel concedi, idem fac, vel concede subdito tuo.* Quod tibi, & tibi charo, à quo promotionem, aut aliquod aliud beneficium speras, nolles fieri, & negari, non fac nec nega subdito; tunc benè procedent omnia circa infirmos, & indispositos, & debiles, & cõualescentes, & laborantes, & senes.

Quoniam verò P. Claudius, præclara omnium Superiorum idea, commendat (in Instructione Superioribus datâ c.1.) Superioribus lectionem, & executionem monitorum S. Bonaventuræ in libello de 6. alis traditorum cap. 4. describam hac ipsâ de re S. Bonaventuræ doctrinam, in secundâ alâ relictam. *Secunda, inquit, ala huius Ecclesiastici Seraph (id est, Superioris) est pietas, siue fraterna compassio in infirmitate. Infirmus corporis triplex est: Primi sunt infirmi, decumbentes in lectulis: Alij per-domicilium deambulantes, & tamen sæpe grauib. doloribus afflicti, ut calculosi, inflati, ponderosi, & similes. Terrij determinatam infirmitatem non habentes, sed tamen corpore debiles, & viribus exhausti, ut senes, & laboribus confecti, vel naturali infirmitate depressi, sed quandoque accidentali languore ad tempus attriti. His est triplici pietate subueniendum, scilicet remedij medicinalibus, relaxatione rigoris, in victu, vestitu, vigilijs, & huiusmodi; & exemptione laboris, in officijs, seruitijs, discursibus, & huiusmodi; prout vniuscuiusque necessitas exquirat. Itaque primi de primo, secundis de secundo, tertijs de tertio, iuxta singulorum indigentiam, specialius succurratur. Omnis humanitas est infirmis & debilib. exhibenda, quia flagellati sunt à Domino. Si super hoc ab hominibus tribulantur, ipsa eorum miseria clamat ad Patrem misericordiarum contra illos, qui eos tribulant, conquerendo. Psalm. 63. Quoniam, quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Infirmus enim, qui afflictu subire non valet, eo ipso amplius tribulatur, quia ab his, à quibus, debet, non consolatur, non à labore releuatur, non subuenitur indigenti, nec*

Lancicy Opus. Tom. 2.

habet sibi compatiemem. Psalm. 63. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me, improprium expectauit cor meum, & miseriam: & sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni. Et dederunt in escâ meâ sel exprobrationis, & in siti meâ potauerunt me aceto obiurgationis, sicut ergo eis que sequuntur. Sequuntur autè hæc: *Fiat mensa eorum corâ ipsis in laqueum: Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam, & furor ira tua comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet: Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.* Has Dei pœnas vel prædicat mitissimus S. Bonaventura, vel optat crudelibus Superioribus, infirmis subditis debita subsidia nõ præbentibus, ad curationem eorum necessaria. Deinde subdit: *Bonus Prælati exhibet se suis Fratrib. Medicum, non Tyrannum; nec reputat eos, ut iumenta sua, vel seruos emptionis, sed ut filios, hereditatis supernæ confortes, & facit eis, sicut vellet sibi fieri, si similiter indigeret. Sed fortes, & sani non sentiunt, quod sentit ager, idèd nesciunt eis compati, scient autem postea cum dolebunt. Hæc & plura alia S. Bonaventura hac de re præclare tradidit, & soluit ibidem obiectiones parcorum, & immiseri-cordium Superiorum. Quanquam, proh dolor, obseruaui non semel, melius tractata à quibusdam Superioribus iumenta, v.g. equos, quibus vti solent pro itineribus, quàm Fratres, quos tamen S. Bonaventura melius quàm equos vult tractari. Si enim equus vno die non comedat, statim cum solitudine queruntur remedia, non sic dum frater vno & altero die non comedit: & dum Superiori tali dicitur, eum iam à duobus diebus nihil comedis, respondet: *Si non vult, non comedat, relinquat: ego ei nouam culnam non parabo. O non ercale cor, Christi charitate vacuum!* Quod si aliquis dilectulus non comederet, ò quàm repente esset sollicitus de nouo obsonio præparando! Adiangam hic præclarum cuiusdam Senis dictum in Vitis PP. *Frater interrogauit quendam Senem, dicens: Duo sunt Fratres; ex quibus vnus quiescit in cellâ suâ, protra-hens ieiunium sex dierum, & multum sibi laborem imponens: alter verò agrotantibus deseruit. Cuius opus magis acceptum est Deo? Respondit Senex: Si Frater ille qui sex diebus ieiunium leuat, appèdat se per nares, non potest esse æqualis illi, qui infirmantibus deseruit.**

Sed præstat hæc omnia, quæ supra diximus necessaria esse Superioribus, ut eis subditi suam sincere conscientiam aperiant, confirmare adhuc Sapientissimo iudicio P. Claudij Generalis, nobis relicto in præclaro illius Industria-rum libello. Quæ enim docuit insuauem & asperam reddere gubernationem, hæc ipsa accit subditos, ne se Superioribus suis in ratione cõscientiæ sincere & candidè, & plenè aperiant, sed ut ad eum tanquam ad carnificinam quandam renitentes accedant.

Quae, inquit, gubernationem insuauem reddunt, & asperam, haec ferè sunt.

Primum, in rebus iniungendis, si res ipsa, quae iniungitur, grauis sit, & importabilis: quod nonnunquam ex Superioris vel discretionis inopiâ, vel tenuitate iudicij poterit euenire.

Secundum, quod frequentius continget, si res non sit illa quidem in se ardua, sed is, cui iniungitur corporis aut animae viribus ad id oneris ferendum destituatur.

Tertium, si quicquid illud sit, quod iniungitur, id fiat verbis asperioribus, modoq; despotico; praeterim si suspicari quis possit, id ab aliquo immoderato Superioris affectu proficisci.

Quartum, si vrgeatur executio eo tempore, quo subditus non est probe dispositus, nec detur illi tempus, & auxilia, vt ipse se disponat.

Quintum, si tam grauiora, quam leuiora, eodem omnia exigantur ardore, imò aliquando leuiora etiam maiore, quod consona sint peculiaribus quibusdam sensibus eius, qui gubernat.

Sextum, si omnes subditi rationes & excusationes primo statim aspectu, tanquam tentationes, eo benigne non audito, rejiciantur.

Septimum, si se suspiciosum Superior ostendat, & ita affectum erga aliquem, vt putes subditus, nullâ in re se posse illi satisfacere.

Octauum, si malam de subdito opinionem praeseruat, vt omnia in deteriolem partem interpretetur, quod reuerâ summopere affligit.

Nonum, si perfectionem Instituti & Regularum spectans Superior, nec se ipsum considerans, nesciat compati infirmitatibus, sed defectus exagere, cum errata reprehendit: in rebus verò iniungendis, non tanquam rationalem & volentem filium, sed tanquam inanime instrumentum mouere videatur.

Decimum, si ita loquatur, aut inbeat aliquid, vt aequinoce, atque obscure dicat, & quasi studio nolit intelligi, quo semper ei liberum sit subditum arguere: hoc enim mirum est, quantopere subditos pungat.

Vndecimum, si neget ferè, quae petuntur: est enim habenda ratio rei quae petitur, eius, qui petit, adificationis externorum & nostrorum; denique eius qui petit, utilitatis.

Duodecimum, si quae dubia sunt, scrupulosius & rigidius interpretetur.

His similia P. Claudij Monita supra posita sunt num. 47. 65. 66.

Nihil horum apparet in parentibus discretis, & bonis, suos filios paternè, non nouerearum more amantibus. Cum autem, vt Sancti docent, Spiritualis affectus erga sibi iunctos maior esse debeat, quam carnalis, quae Patres carnis dedecent, multò magis dedecent Superiores, qui sunt Patres suorum subditorum Spirituales. Ided non mirentur, si eorum subditi, non se eis syncerè aperiant; vti decet filios, quando vident Superiores se non gerere vt Patres. Sed praestat videre quid haec de re praescripserit Sanctus quoque Basilii; Antistes reliquorum Fratrum veluti charissimorum Filiorum Pater

curam suscipiens, diligenter, quid eorum singulis opus sit, considerabit: & quae conuenire visa fuerint remedia, curationesq;, quantum poterit, adhibebit: & quod reuerâ membrum, suae animo, siue corpore, infirmum fuerit, adhibita charitate, beneuolentiâque paternâ sustentabit.

Huc spectat, subditos malè tractatos ab aequalibus tueri, id ne fiat, prohibere & impedire; falsò accusatos defendere apud Superiores Maiores, & suorum famam intactam seruare. Si enim Patres carnales suorum ita filiorum famam tuentur, multò magis id debent facere Superiores, qui sunt Patres Spirituales suorum, non victrici, nec nouercae.

Deinde non statim ad correctionem paternam deueniant, quando vident subditum indispositum, vel turbatum. Quemadmodum perit Medici, inquit S. Ildorus Pelusiota, in morborum initijs, remedia haud temerè adhibent, verum aliquantisper expectant, dum morbus de acrimoniâ non nihil remittat, ac tum denique ad medendum se conferunt; eodem modo nec vigente marore, eum, qui praesens ipsius magnitudine, velut temulentia quadam laborat, obiurgare conuenit; nam alioqui sermonem, non secus ac collirium, inutilem imprudenter reddemus: verum posteaquam ad breue tempus mororis socios nos praebuerimus, ita demum ad curationem proficisci.

In hunc sensum noster P. Balthasar Aluarez & suo exemplo & scripto relicto pro Superioribus monebat: Cum subditus ex animi perturbatione resistit, contineat se ipse Superior, memor, quod ille ipse sit frater, membrum Christi, & imago Dei, & quod sit à demone irritatus. Quare si ipse Superior non sciat illum in illâ occasione ferre, fieri potest, vt anima illa omnino pereat, pro qua Christus Dominus Noster mortuus est. Vtatur in tali occasione, benignitate & misericordiâ, cogitans, se quoque huiusmodi imbecillitati esse subiectum: gratiasq; Deo agat, quod ipsi dederit auctoritatem condonandi peccata: & hac ratione Deus ipsi grauiore defectus condonabit. Sit enim memor illius Apostoli sententiae, dicentis: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Quare clamet tunc ad Deum, petens, vt vtrumque dignetur componere & placare.

CAPVT NONVM.

De non condemnando subdito non audito.

Hoc quoque impedit confidentiam subditi & synceritatem in reddendâ Superiori ratione conscientiae, si subditum volentè se purgare: nolit audire, vel dū est accusatus ab aliquo non querat ab eo, quomodo se res habuerit, & quod petitus est, condemnet non auditū. Talis enim modus non afferet cōsolationē subdito ex reddita ratione conscientiae; quae, debet reportari à subdito.

76.
Ambr. l. 9.
& l. 11. O. F.
c. 7. Aug.
l. 27. de
verb. A.
post.
Chrysol.
h. 10. de
pœnit.
Baf. Cōst.
mon. c.
22. Iustin.
de charit.
c. 15. B.
Cōst.
m. 6. c. 29.

ditio. Est qui calamitates suas commemorare cupiunt, inquit S. Iudorus Pelusiota, blandè ac suaviter admittere oportet, ac posteaquam illi per huiusmodi sermone dolore leuati fuerint, tum demum eam, quam par est, medicinam adhibere. Nam si confestim ipsi ora obstruemus, tum inhumanorum hominum existimationem colligemus, tum remedium imbecille atque inualidam reddemus, nimirum ipsa doloris flamma illud repellente. At si mitigato dolore pharmacum imponamus, duplex lucrum consequemur; alterum, quod homini ac misericores erimus, alterum, quod morbum depellemus. Quod si non sineret afflictum, vel non afflictum loqui subditum, non tantum patris, sed ne quidem boni Iudicis fungeretur officio. Nemo enim non auditus condemnandus est. Quod si iam non auditus subditus, condemnatus fuit, saltem tunc, dum quaerit solatium, & cum quo debet à Superiore discedere, audiri patienter sine interpellatione debet. Ideò P. Claudius sapienter Superiores monuit cap. 4. numer. 11. Industriarum: Cum aliquis arguitur, predicendum, hac quidem esse delata, sed tamen non facile credere, qua dicuntur: cupere prouide cuncta ab eo cognoscere, idq; ne patet illi, se ex prauidicio damnatum; quod caueat diligenter Superior, ne pra se ferat. Et quamuis alioqui de re consideret, audiat tamen, antequam damnet. Quis enim Pater, qui filij culpam, vel infirmitate audiat, non libentius inueniat, vnde gaudeat, quam vnde ponat? Hæc P. Claudius. Non tantum enim Patris est, audire filium accusatum se defendentem, sed etiam Iudicis, seuerè & inique iudicare soliti, ob causas quatuor iam adferendas.

Prima causa, Quia id verat Spiritus sanctus in sacra Scriptura pro hac ipsa re citatà à SS. Augustino & Damaso: Priusquam interroges, ne vituperes quinquam. In Græco textu est: Priusquam exquiras, ne accuses: intellige primum, & tunc reprehende. Multi enim, inquit Noster Cornelius à Lapide, ex superbia & mentis leuitate, putantes se omnia scire, & intelligere, precipitant iudicium, illi, cum sinistri aliquid audiunt, credunt. Alij suas primas impressiones tenaciter retinent, ex quadam nature & phantasia pertinacià: vnde, quod semel illi impresserunt, constanter tenent, nec dant locum defensionis, & excusationi: imò si suas impressiones verè respici, & conuinci audiunt, agre ferunt: multò minus inquirunt, & explorant rei factiue veritatem; sed mox, quasi de illa certi, factum reprehendunt, vituperant, damnant. Quod sane temerarium est iudicium, & proximo iniuriam, non tantum cum in publico tribunali à Iudice, vel coram Iudice id fit, sed etiam cum priuata vituperatione vel censurà id agitur. Monet ergo Stracides, vt in censurando prudentiam, & modestiam adhibeamus, nec quippiam vituperemus, nisi prius bonè examinatum, & discussum: quo facto, corripimus, sed iuste, &c. Hinc Iudici accusationem audienti dicitur: Audi & alteram partem. Vnam autem Lancij Opusc. Tom. 2.

da accusatori, alteram seruato reo se excusanti, &c.

Hunc Ecclesiastici locum expendens Rabanus, ait: Qui iudicare proximorum facta, priusquam plenè causam vtriusque partis dinoscit, inordinate festinat, & ille se confusione dignum demonstrat, quia magis perinacem, quam prudentem se esse probat. Ideò S. Iob de se dixit, Causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Quod illi non faciunt, qui accusatoribus statim credendo, accusatos de veritate accusationis non interrogant, & veritate ignoratà, sæpè innocentes condemnant. Ignorantia enim Iudicij, inquit S. Augustinus, plerumque est calamitas innocentis.

Alio quoque exemplo (vt omittam alia) sacra Scriptura, vel potius Spiritus sanctus per eam, notat condemnare non auditum prius. Nam et si Deus optimè sciret quomodo peccauit Ezechias Rex, in ostensione thesaurorum suorum nuncijs Babylonis, tamen volens ob hoc peccatum punire Regnum eius, & in Regno ipsum quoque noluit punire, immò ne quidem prædicere eius punitionem, sed prius misit Isaiam Prophetam, vt accuratè examinaret factum Ezechiae, & tunc primum prædixit ei poenas grauissimas, quæ tamen non sunt executioni mandata nisi anno centesimo trigesimo septimo à factà ab Isaiâ prædictione. Id descriptum est 4. Reg. 20. vers. 12. inclusiuè ad 20. & cap. 24. vers. 10. & seqq.

Secunda causa, Quia id verat SS. Patres, & Summi Pontifices, tum in Ius Canonicum relati, tum alij, tum hi: Ante omnes, antiquius cæteris occurrit exemplum, & responsum summi in Ecclesiâ Iudaicâ Doctoris Nicodemus, in Sanctorum numerum ab Ecclesiâ relati, datum Pontificibus & Phariseis, Christum capere satagentibus: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit, quid faciat? Quamuis enim nulla lex scripta apud Iudæos hac de re extiterit, consuetudo tamen, quæ vim legis vbique habet, non permittebat quempiam inauditum damnari. Hinc in Iure Canonico, Causæ tertiæ nomina quæstio est tota hac de re. Et causæ secundæ quæstio prima. In quâ hæc sunt Sanctorum Pontificum Decreta.

Sancti Augustini tale: Nos in quinquam sententiam ferre non possumus, nisi aut in conuictum, aut sponte confessum. Cui similia prorsus statuit Sanctus Felix Papa, & Sanctus Melchisedes Papa & Martyr, addens causam huius statuti ex lege naturæ petitam: Quod vultis non vobis fieri, alteri facere nolite. Et alio in loco S. Augustinus, scilicet libro 50. Homiliarum homilia quinquagesima. Noluit Deus hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario usurpato iudicio; sed potius ex lege Dei secundum Ordinem Ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum, atque conuictum.



Idem Nicolaus Papa iussit Girardo Archiepiscopo Turonensi, restituere cuidam Presbytero ademptam Ecclesiam, quia non conuictus, nec confessus, erat pulsus ex eâ.

7. c. 3.
Ep. h. ar.
22. Aug.
ep. 165.

S. Euaristus Papa, postea Martyr, laudatus à S. Irenæo, S. Epiphano, S. Augustino, Deus Omnipotens, inquit, ut nos à precipianda sententia prolatione compesceret, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodoma noluit audita iudicare, priusquam manifestè cognosceret, quæ dicebantur. Unde ipse ait: Descendam, & videbo, virum clamorem, qui

Gen. 18.
21.

venit, ad me, opere compleuerit, an non est ita, ut scia. Non idem hæc & alia multa, quæ ob prolixitatem capitulo non inferimus, per se inquirere dignatus est, quod ea ignoraret; sed ut nobis exemplum daret, ne precipites in discutendo negotiis & iudicandis esse-mus, & ne mala proximorum prius quisquam presumat credere, quàm probare: cuius exemplo monemur, ne ad profereendam sententiam vnquam precipites simus, aut temere indiligenter, probata, indiscussa, quoquo modo iudicemus &c. Mala verò audita nullum moueant, nec passim dicta absque certâ probatione quisque vnquam credat, sed ante audita diligenter inquireat, nec precipitanter quisquam agat aliquis. Et infra vetat etiam illum condemnari non auditum, quem ipse Iudex certò cum aliis sciret malialiquid fecisse.

Quando autem, inquit, crimen notum est Iudici, & aliis, aliquando reus inspicitur factum: veluti, si quis negaret se interfecisse eum, quem sub oculis Iudicis in conspectu multorum interfecit, hic quia se reum negat, sine examinatione feriri non potest.

Quoniam verò absentes accusati, dum absunt, audiri & examinari non possunt, idem quaestione 9. Causæ tertie, vetitum est condemnare absentem.

S. Theophorus Papa: Accusatori omnino non credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit, ante viriisque partis instam discussionem.

Et S. Eleutherius Papa: Cauent Iudices Ecclesiæ, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imò etiam causam in Synodo prefato dabunt.

Et S. Calixtus Papa: Absente eo, quem accusare voluerit, quicquam accusator non credatur, quia sine scripto difficile est: per scriptum autem nunquam recipiatur: quia per scriptum nullus accusari potest, sed propria voce, & presente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem. Similia statuit Felix Papa, & Nicolaus Papa ad Gallionem Archiepiscopum Senensem, & Zepherinus, &c. absens, ait, hoc diuinis, & humanis legibus prohiberi.

S. Marcellus Papa: Non oportet quemlibet iudicari, vel damnari, priusquam legitimos presentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.

S. Damasus Papa, Habetur, inquit, in Decretis Sanctorum Patrum sancitum: non ferre Canonicum quenquam Sacerdotum iudicari, vel damnari, antequam accusatores canonicè examinatos presentes ha-

beat, locumq; defendendi accipiat, id est inducias Ecclesiasticas ad abluenda crimina. Et causâ ill. quaest. 3. c. 75. S. Damasus Papa sic ait: Eorum causas qui accusantur, discutere non licet, priusquam canonicè vocati veniant, & presens per presentem agnoscat veritatem: & intelligat quæ ei obiciuntur. Quod per sapientiam Salomonis dicitur: Antequam serueris, ne reprehendas: intellige prius, & tunc increpa: antequam audias, non reprehendas. Et licet apertissima sit contrarium reprehensio, verum tamen oportet & ab his, qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari. Et in epistola ad Episcopos Italix sanxit: Nullus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores habeat, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Denique Nicolaus Papa Remorum Episcopo sic scripsit: Necessè est, inquit, secundum sacrarum Scripturarum documentum, ac secundam iustitiam tramitem, & accusatum, & accusatorem simul adesse, & vnam partem quantacunque & qualicumque prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, ut alteri parti nullum præiudicium irrogetur.

Sed à multis præcipitibus, & offensis partium hic ordo audiendi partem vtramque non seruatur. Maxima pars generis humani, inquit S. Augustinus, indiscreto iudicio ad reprehendum prompta & parata esse probatur: cum tamen non ita se velit ab aliis iudicare, Propter hoc Scriptura Diuina admonet, dicens: Priusquam interroges, ne iudices quenquam, & cum interrogaueris, corripe iuste. Omnis homo prius se vult interrogari, & postea si reus est, patienter tolerat reprehendi. Et quicquid nobis omnes volumus ab aliis fieri, instum est, ut hoc aliis studeamus implere. Prius cum patientia interrogemus, & solliciti simus, ut cum aliquid certius agnouerimus, tunc, aut, si mala sunt, reprehendere, aut si bona, defendere valeamus.

S. Hieronymus Pelusiotæ l. ep. 17. S. Cyrillum Alexandrinum monet: Noli violentas sententias ferre, verum illata crimina iusto ac integro iudicio committe. Quandoquidem Deus etiam, qui omnia sunt antequam orientur, pro sua humanitate descendere, ac Sodomorum clamorem perspicere voluit, hinc nos ad res accurate perscrutandas, ac perpendendas erudiens.

Abbas Passor in Vitis Patrum eodem quo S. Euaristus Papa, & postea S. Gregorius Magnus, vsus est argumento, ad persuadendum Fratri Rosario cuidam scandalizato, ne crederet auditis quibusdam malis de alio Fratre. Deus audiens videret oculis suis.

S. Gregorius Papa, explicans illa verba S. Job c. 29. 16. Causam, quam nesciebam; diligentiissime inuestigabam; Hæc in re, inquit, notandum video, ne ad profereendam sententiam vnquam precipites esse debeamus, ne temere indiscussa iudicemus, ne quilibet mala audita nos moueant, ne passim dicta sine probatione credamus. Idque confirmat exemplo Dei supra citato à S. Euaristo Papa, quia nec Sodomitas puniuit, antequam illam descenderet, & videret, an opere scelera quæ complestent, quæ tamen erant

erant illi probè perfecta. Et alio in loco mo-
nit Marmianum Abbatem : Huius Precepti vos
pergrina necessarii duximus adhortandos quatenus nul-
lus personam attendentes, sed Dei timorem habentes
præ oculis, ibi cum omni equitate, si qua vobis de N. di-
ctis fuerint, memores futuri iudicij, subtili debeatis in-
dagatione perquirere. Hoc autem indagari non
potest, nisi priusquam condemnetur, audiatur
accusatus.

S. Chrysoſtomus ponderans, quomodò A-
dam & Eva post peccatum commissum occul-
tate se conati sunt, auditâ voce Domini Dei de-
ambulantis in meridie in Paradiso, Omnipotens
Deus, inquit, qui suâ sapientiâ res nostras dispensat,
videt diaboli malignitatem, & hominis peccatum,
moræ astutia, & quasi mansuetus & benignus Iudex in
tribunali terrore & horrore pleno, sedet, & examinat
diligenter per hoc nos docendo, ne quem fratrum no-
strorum condemnemus, nisi causa antea diligenter cog-
nita: interrogavit enim Adamum Gen. 3. 13.
Quare hoc fecisti? Respondet Rupertus in Com.
2. 6. & Abulenſis, iudiciario more interrogans reū
dissimulantem. Iterum alio in loco ponderans
Dei interrogationem, ubi est Abel, Frater tuus?
ait, idem Deum, etsi non ignarum rei, id rogasse; vt nos
deceat, nunquam causa non examinata, sententiam
contra Fratres debere ferri.

Idem alibi ponderans illa verba Gen. 11. Et
descendit Dominus Deus, vt videret Ciuita-
tem, & turrim, quam ædificabant filij homi-
num, Vide, inquit, quomodò humano more Scriptura
loquitur. Et descendit, inquit Dominus, non vt humano
modo intelligamus, sed vt per hoc erudiamur nun-
quam temerè fratres condemnandos, neque auditu solo
iudicandum, nisi pluribus argumentis prius certi red-
damur.

Idem alibi, Docens, inquit, omne genus hominum,
quid licet magna valde etiam confessa sint peccata,
non antea tamen pronuntiandam sententiam, quàm
manifeste demonstrationes fiant, inquit: (Gen. 15. 21.)
Cum descenderim autem, video, virum iuxta elamo-
rem ipsorum, qui ad me venit, perficiant, vel si non; vt
sciam, Docere nos vult, quòd opus sit magna diligen-
tia, & non auditu solo peccatores condemnandi sint,
neque sententia ferenda, nisi comprobatio præcedat. Au-
ditans hæc omnes, non enim solam q. qui pro tribuni-
ali sedent, obseruare hanc legem debent, sed & nullus
viquam ob nudam accusationem proximum condem-
net. Idcirco enim, & post hæc B. Moyses Spiritu S. affla-
tus admonet, dicens: Auditum vanum ne accipias &c.
Et alio in loco, illa ipsa verba Dei ponderans,
Nominis, inquit, doceri à Deo, vt ne temere fidem ver-
bi adhibeatis, neque si quis aduersus alterum quippiam
dicat, facile credendum esse, verum ubi prius ipsi dili-
genter palpanerint, & rem ipsam experimento didice-
rint, tum demum est credendum. Atque hac de causa in
alio Scriptura loco dicebat: Nolite credere omni verbo.
Nihil enim a vitam hominum euerit, & pessundat,
ac si quis statim iis, quæ passim dicuntur, fidem adhi-
beat. Hoc etiam Propheta Dauid prophæans dicebat:

Detrahentem secretò proximo suo, hunc perseque-
bar.

Et S. Isidorus Pelosior, S. Chrysoſtomi Dis-
cipulus, scribens ad Taurum Hyparchum: Tum 36.
recta iustitia Regula seruatur (ò virtutis illius, quæ
à Prælato requiritur verisimum examen.) cum
accusationem disceptatio sequitur, disceptationem pro-
bationem sententiâ pro criminum qualitate supplicium
constituens.

B. Laurentius Iustinianus: Qui alius imperant,
singulorum causas subditorum exquirant vt propria.
Decet Iudices semper maturè incedere, & quæque dili-
gentissime inuestigare. Non erubescant interrogare, quæ
sciunt.

S. Ambrosius: Ne virgeat & impugnes, cuius cri-
men non deprehenderit. Per solam autem accusa-
tionem deprehendi nequit.

Quin & ipsos Apostolos hoc sanxisse, testis
est eorum discipulus cœuus, & successor in
Romano Pontificatu S. Petri, S. Clemens Ro-
manus. Dicimus, non oportere iudicia ex alterâ tan-
tùm parte constituere: Nam si vnam tantum personam
audieritis, absente alterâ, neque se defendere aduersus
obiectum crimen, temerèq, sententiam damnationis tu-
leritis, rei interitus & participes criminatoris esse apud
Deum iustum Iudicem reperiemini.

Tertia causa, quia ipsi Ethnici diligenter hoc
cauerunt, & commendauerunt, tum verbis, tum
factis, ne vllus condemnaretur accusatus, quin
prius audiretur. Nam vt bene obseruauit post
alios Gregorius Tholosanus: Hoc substantiale est
iudicij, ante sententiam, plene vtrumque audire & in-
terrogare, a. neque tantum vni deferre, vt alterum iu-
dex audire contemnat. Sicq, se facturos sacramento He-
braïa Iudices promittebant, vt est apud Demosthenem,
b. de accusatore & defensore pariter audiendo. Memi-
nit & Lucianus, c. item Aeschines, d. & Aristides, e.
apud quos concluditur, iudicem, vt ipse Demosthenes, f.
loquitur, præbere se ipsum iudicem equalem virique,
& communem quo ad auscultationem: & pari ratio-
ne vtrumque audire. Eo pertinet lex 12. tabularum; g.
per quam Iudex, nisi vtraque parte præſente litigan-
tium, de causa cognoscere non poterat.

Idem meritò Festus Præfectus Iudeæ, postu-
lantibus Principibus Sacerdotum, & Seniori-
bus Iudæorum, damnari Paulum inauditum,
respondit: Quia non est Romanis consuetudo damna-
re (scilicet ad supplicium) aliquem hominem, prius-
quam is, qui accusatur, præſentes habeat accusatores.
Quod eius responsum probauerunt, & citauerunt
in suis Decretis, S. Marcellus, & S. Damasus Pa-
pæ Nec verò soli Romani, inquit Lorinus: talem con-
suetudinem habent, verum etiam cunctæ gentes, &
quotquot ductum & dictamen rationis sequuntur. Id-
quæ in Iurè Ciuili cautum est, h. Hinc tritum il-
lud prouerbiū: Audi alteram partem. Idem Ale-
xander sedens Iudex, alteram claudebat aurem, vt
integram seruaret reo, i. Et cum Numerius fur-
tum sibi obiectum insitâ ratione strenuè refel-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui accu-
sari. Cau-
sa. q. 9.
Lot. Act.
25. Com.
h. Auth.
vi omnes
obed. in S.
si verb.
col. 5. Er
Authent.
de testib.
§. & hac
vero. Col-
lat 7.
i Plutar.
in Apo-
phtegm.
k. Amm.
l. 18. Act.
16. 37. &
c. 22. 25.
m. l. inau-
ditum. ff.
ad l. Cor-
nel. de fi-
car. l. i. c.
de requi-
rēdis reis.
n. l. 2. de
iis qui
sunt sui
vel alieni
iuris §.
seder ma-
ior.
s. l. 2. c. 29.
dub. 11.
num. 92.
Th. 2. 2.
q. 67 a 3.
ad 3. Nau.
c. 25. n. 9.
Cai. V.
homici-
dium.
Sor. l. 5.
de iust. q.
1. a. 3.
f. de tripl.
gen. bo-
norum.
de infl. &
regim.
Prælat. c.
15. col. 3.
l. 202. de
temp.

leret, Delphidius autem Orator documento-
rum inopia percitus exclamaret: *Ecquis, florentis-
sime Caesar, nocens poterit esse vsquam, si negare suffe-
cerit?* Respondit Iulianus, qui causam audiebat:
Ecquis innocens esse poterit, si accusasse sufficiet, k. Id-
eò meritò Paulus Apostolus, bis à Romanis ip-
sis hanc legem violatam esse in se, conquestus
est, dum in dicta causa, se non audito, punitus
esset, instigantibus Iudæis, à Magistrato Poli-
tico.
*Rei inauditi & indefesti, inquit Tacitus, tanquã
innocentes pereunt.*
*Sed neque à Patre filius, m. neque seruus à domino
inauditus damnari poterat, n.*
Hinc benè infert Lessius, o. nec inferiorem
Iudicem, nec sui remum, posse acclatum non
auditum condemnare, etiam si certò sciat esse
reum priuata notitia: præsertim, si causa sit non
criminalis, nec crimen atrox. Idque confirmat
authoritate D. Thomæ, Nauarri, Caietani, Soti.
Et §. Dico quarto, n. 99. ait: *Lessius Princeps, quan-
tumuis sit certus de crimine, non potest ordinarie con-
demnare, nisi citatum & auditum. Est communis Do-
ctorum Ratio est, quia contra facere, esset auferre ar-
ma reo quibus se iure potest defendere, negando crimen,
si est occultum, vel certe excusando eo modo, quo pote-
rit. Vnde iure gentium hoc receptum est. Imò videtur
esse iuris naturalis. Nam Clement. Pastoralis, versus fi-
nem dicitur: De crimine graui delato, facultas defen-
sionis, que à iure naturali prouenit, adimi non valet,
cum illa tollere Imperatori non licuerit, qua iuris na-
turalis existunt.*
Idè bene Menander: *Inexaminatum ne punias
vllum.* Et Seneca in Medea.
*Qui statuit aliquid, parte inaudita altera,
Aequum licet stauerit, haud æquus erit.*
Quocirca prudenter processit Pilatus, & iuxta
leges non tantum iustitiæ, sed etiam humanæ
charitatis, dum noluit suam contra Christum
ferre sententiam, etiam si testes haberet eum ac-
cusantes, spectato humano iudicio, omni excep-
tione maiores, nimirum omnes Principes, &
Seniores populi ac Sacerdotum, & totam ferè
gentem Iudæorum, sed iussit Christum Domi-
num, vt se defenderet, & ad obiecta sibi crimi-
na responderet, et si sciret ea illi falsò adscribi.
Proinde crudeliores sunt Pilato ij Superiores,
qui accusatos subditos in re alicuius momenti,
condemnant, & multo magis, si puniant, prius
non interrogatos, nec auditos.
*Quarta causa, quia, vt bene ait S. Bernardus,
Hæc est lex naturalis Societatis, vt omnia, quæcumque
nobis fieri volumus, aliis non faciamus. & qua nobis
fieri volumus, aliis impendere studeamus. Quod, &
Superioribus seruandum esse naturæ dictamen,
præclare ostendit B. Laurentius Iustinianus.
Quis autem est tam hebes, qui non videat nem-
inem id cupere, vt non condemneret non au-
ditus, etiam si extra forense Iudicium eius causa
tractetur: *Omnis homo, inquit S. Augustinus, prius**

se vult interrogari: & postea, si reus est, patienter tole-
rat reprehendi. Et quicquid nobis omnes volumus fieri,
iustum est, vt hoc in aliis studeamus implere: propter
illud, quod scriptum est: *Omnia, quæcumque vultis, vt
faciant vobis homines, & vos facite illis.* Hæc enim est
lex & Propheta. Idè supra citati aliqui Sancti
Patres, hoc ipso principio naturæ in medium
allato, veratit quenquam non auditum con-
demnare. Hoc autem naturæ principium etiam
in priuatis, & non forensibus iudiciis locum
habet, vt & monitum Spiritus S. ab Ecclesia-
stico supra citato scriptum, & pro nostris Supe-
rioribus alia monita à P. Claudio tradita supra
commemorata.
Aduertit Rupertus in cap. 3. Genes. Adam &
Eua interrogari de crimine commisso, & nõ
interrogari serpentem, quo inaudito pœna illi
infigitur, solus enim diabolus condemnatur
inauditus, de quo & vera purgatio tanquam
patre mendacij, & penitentia desperatur. *vt in c. 1. la-
dith. §. 11.*
*Aduertant Prælati, inquit noster Didacus de Ce-
lada, se, tanquam demones tractare subditos, quos sus-
pectos de aliquo crimine, illos non interrogant. Non est
hic iustitia zelus, sed seuitia & furor. Et in huc sen-
sum adducit Kupertus illud Pl. 94. secundum
multitudinem iræ suæ non quæret. Quasi dicat
Dauid: cum Deus ob nefarias blasphemias, & atrociora
hominum flagitia (de quibus ibi sermo) in iram agitur,
non querit, nec audit homine ipsum damnat & punit.
In homine istiusmodi rigor, ira est, furor est: iustitia
non est. Nam iustitia, iudiciario more, interrogat reum.
Imò in lege Gratia, deposito antiquo rigore, non aded
Christus (sicut in demonem, qui Marci 5. v. 9. fistitur
ante Christum, vel de nomine interrogatur. Et interro-
gabat eum Iesus. Quod tibi nomen est? Latetne Chri-
stum huius diaboli nomen: nec interrogationibus illum
perget interrogations ingeminans: quod inuit Euan-
gelista dicens: *Interrogabat. Interrogat, non ignorat, in-
quit S. Chrysologus; Seruat ordinem cogitoris, implet
Iudicem, nomen interrogat, vt de conditione discutat.*
Producam locum alium ex Psal. 138. v. 23. ad idem
comprobandum imprimis opportunum. Satis erat notus
Deo Dauid, & eius peccatum, & tamen sic ad Deum
vt Iudicem (qua communis expositio est) loquitur: *Pro-
ba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & co-
gnosce semitas meas: Quasi dicat: Tu, vt pote omniscius,
probe nosti me, meaq; omnia: sed nunc Iudicem agis,
proba, id est, discute, & inuestiga delictum meum more
humano, & sic scito cor meum, id est, cum inuestigauer-
is, scire te existima, quod alias sciebas: & cum peccata
mea sic sciueris, nõ interroga me, & cognosce semitas
meas, hoc est, me sciscitare, vt cognoscas & iudices de de-
licto meo. Ac si non satis esset Dauidis crimina scire
Deum, vt Deum: sed postquam sic illa nouerit, iuridicè
probanda esse. Hæc Celada apè, qui ibidem ad-
dit: *Mittitur Ionas ad Niniuem, vt Dei nomine ini-
met Niniuus Diuinam sententiam, & subuersio-
tante vrbs minas. Recusat Propheta missionem, & in-
nauem ascendit, vt aliò contendat. Illud exasperatur
mare, tumens fluctus, & atrocissimâ tempestate inuã-***

CAPVT DECIMVM.

De bono modo exigendi rationem Conscientie a subditis.

Bonorum subditorum officium est, & de sue animæ spirituali profectu sollicitum, totam conscientiam suam Superioribus suis aperire, nil boni maliue celando, quod ad eorum directionem, gubernationem, & tum præseruationem à malis, ac periculis, tum ad promotionem in bono virtutis, conferre possit.

Hinc ab Apostolorum temporibus hæc consuetudo in Congregationibus benè institutis viguit SS. Patrum doctrinâ & exemplis confirmata. Hoc enim suasis S. Petrus Apostolus, teste suo in Pontificatu successore, S. Clemente Romano; S. Antonius Abbas, Abbas Pæmen apud Ruffinum, Palladius in hist. Lausiaca, c. 28. S. Basiliius Regula sua 26. & 44. S. Benedictus c. 7. Regula sua & c. 46. Cassianus non in vno loco, & apud illum Abbas Moyses Coll. 2. c. 10. & 11. S. Dorotheus ser. 5. & S. Bonaventura l. de 6. alis c. 7. B. Iulianus Abbas c. 8. & B. Iustinianus lib. de obedient. cap. 20. Huius rei exempla, præter Cassianum refert S. Iohannes Climacus gr. 4. col. 2. 7. 8. 12. & gradu 5. col. 5. Authior vitæ S. Bernardi l. 1. c. 6. & S. Anselm. l. 1. c. 17. Proinde S. Ignatius Pater noster constituit, tanquam rem magni momenti, vt omnes subditi quotannis Superioribus suis rationem suæ conscientie reddant plenam, siue in confessione, siue extra illam. Quocirca, vt illam subditi suis Superioribus & Patribus Spiritualibus sincerè manifestent, Superiores & Patres Spirituales ipsi, ad hoc cooperari ex parte suâ debent.

Ad hoc autem omnium maximè Superiores allicient Subditos, si sciuerint subditi & crediderint, eo modo accipi à Superioribus rationem conscientie, quo eam à suis accipiebant antiqui Sancti Patres, & post eorum tempora S. P. N. Ignatius, & ab eo edocta Societas vult eam accipi, idque præscriptum habet in ipsis Constitutionibus & Ordinationibus nostris, nunc à me hoc loco diligenter ponderandis.

Hoc est, vt non tantum seruatò secreto, sed etiam paterne exigatur ratio conscientie, & nõ iudicialiter, quemadmodum præscribitur in Instructione II. pro Superioribus n. 1.

Secundò. Vt ibidem additur, ne hac notitiâ ita vtantur, vt subditorum animi offendantur: suspiciantur, se ob eam rem, aut notam aliquam, aut periculum adituros, ne minus commodè à Superioribus tractentur.

Tertiò. Cùm ibidem quædam Superioribus vetita fuissent, occasione acceptæ rationis conscientie, causa subditur: Nam ex eo subditi à sua aperiendâ conscientia deterrerentur vehementer. Vnde

itur nauis, & pessum it. Consulunt caeleste Numen, & querunt causam sanctissime tempestatis. Miserunt sortes, & cecidit fors super Ionam: & dixerunt ad eum, Indica nobis, cuius causa istud malum sit nobis? quod est opus tuum: & que terra tuarum vadis? vel ex quo populo es? tuæ Vrget tempestas, iam propè adest naufragium, & aduersus eum, quem Diuina fors designat ad supplicium, tam morosè cunctantur? Proiciatur in mare Ionas, & cessabit tempestas. Num diuina fors falli potest? tam morosè crimen illius scrutantur? & rei confessionem expectant homines gentiles, & nequam? Quem fors iudicauerat cogunt propria voce confiteri, ait Glossa interlinearis. Eleganter ad rem. Homines illi, alii flagitiosi, & idololatra periclitabantur, Deus iudicauerat Ionam esse causam tempestatis: magnum periculum erat in morâ: Et tamen existimant tam grande nefas fore, hominem inauditum & indefensum condemnare, vt morosissimè cunctentur in procellâ sanioris, vt de eius patria, populo, religione, & crimine disquirant sigillatim. Cogentes propria voce confiteri, ne hominem damnent, à propria voce non defensum.

Quod si ipsi Superioribus faciendum præscribunt Sacri Ecclesiæ Canones, & Summi Pontifices, quanto magis ij arceret non debent subditum, quin sua ipsedum vult, & petit, proponat quæ habet, sicut purgetur in ipse Superior ad hoc excitare debet subditum etiam renitentem, vt pro se loquatur. Quocirca benignissimum cor P. Claudij Superiores monuit: Vt ubi venisset ad colloquium (etiam iudiciale) iniuriam eum Superior hilari fronte, vt omnia aperiat, pollicetur fructum, promittat se, si quid reuerà in eo desideretur facillè mutaturum, quia non alio animo, quam ex charitate, fecit. Sinat eum motus animi sui aperire, licet verbis incompofitis & acerbioribus, nec tam illa attendat, quam infirmitatem. Vbi se aperuerit, excipiat eum suavissimè, incipiat docere in singulis &c. Et multa talia facienda suadet, paternum agendi modum spirantia, ab omni minarum, & conuicio-rum, & reprehensionum acerbitate alienissima.

Quod tanto magis obseruandum est, quia vt expertus obseruauit idem P. Claudius, procliuè fit, vt de eodem, qui non rectè ambulat, de quo putant Superiores non habere optimam opinionem, esse inter illos aliquam offensionem, multa ad eum deferantur, non ita explorata, interdum & exaggerata.

Sed quia à multis monita illa præclara non leguntur, vel lecta non inhaerent memoria, vel potius à consuetudine tractandi despoticè subditos, obruntur, hinc fit, vt iudicialis acrimonia (immo peior iudiciali, vt aliàs offensum est) pro paternâ benignitate habeatur, & tam multarum insinceritatum & amaritudinum, in ratione conscientie, & aliàs, sit causa.

C. 1. 1. 3. Recogn. Ruff. l. 3. Vir. PP. num. 176. 177. & l. 2. c. 30. Call. l. 4. Infr. c. 8. 27. 29. Et l. 6. c. 18. Et l. 11. c. 16. Et l. 12. c. 20. Exam. c. 4. §. 34. 35. 36. 3. p. Confl. c. 1. §. 12. 4. p. C. 6. §. 5. 6. p. C. 6. §. 2. 9. p. C. 6. §. 19. 82.

de clarè deducitur, non adhibenda esse à Superiore, dum rationem conscientia accipit, ea quæ deterrere possunt subditum ab eâ sincere aperiendâ.

num. 1. Quarto. Ibidem Superioribus præscribitur, vt in accipiendâ ratione conscientia, ita cum subditis procedant, vt subditi ex eorum paternâ charitate recreentur, benignèq; se ab ijs tractari latentur: vicissimq; ipsi eâ quâ filius decet, reuerentiâ, fiduciaque ad Superiores suos, tanquam ad beneuolos parentes, in omni re confugiant.

Quinto: rem hanc esse maximi momenti, & non mediocrem diligentiam desiderare. Ideò circumspicere loquatur tunc Superior.

num. 2. Sexto. In 13. Instructiōe hæc adhuc clariùs explicantur. Vt ratio conscientia rectè fiat, iuuabit plurimum, si Superiores seipsos Patres exhibuerint, quod frequenter commendatum est, eosq; crebro, & magnâ charitatis significatione, vt Regula 26. Præpositi, & 25. Rectoris habent, vocent, alloquantur, & eos confortentur, atque in Spiritualibus instruant: sicq; intelligant, se non tanquam ludici, suam conscientiam Superiori, sed tanquam Patri, manifestare. quo Consilium ab illo, auxilium & consolationem accipiant.

Septimo. Ne Subditus timens noxamentum aliquod, ex suorum manifestatione defectuum, vel tentationum, minus sincere se aperiat, securum eum facit Instructio, & per illam Societas vniuersa (quæ eam in pluribus Congregationibus Generalibus, post longum examen, constanter, & communi omnium consensu, approbavit. Idcirco (scilicet ob ea manifestata) non futurum, vt Superior tanquam imperfectum, aut tentatum minus diligat: aut minoris aestimet, sed contra maiore charitate, ac peculiari affectu complexurus sit, quem sincere, & candidè iuuari conspexerit.

Octauo. Quia tamen sine ex defectu prudentia, siue ex malo erga subditos affectu, qualis fuit in Fratre Elia Generali erga S. Franciscum, siue ex malâ aliorum relatione, ob quam S. Basilii, in doctrinâ fidei erat suspectus suo Episcopo Eusebio, imò & S. Damaso Papæ, & S. Hieronymus, ac S. Paulinus Episcopus Nolanus Papæ Siricio, & S. P. N. Ignatius Paulo IV. tanquam qui nimio imperio Societatem rexisset, vel ex ignoratione Instituti, oriri posset, vt aliquis Superior putaret se paternè procedere accipiendo rationem conscientia, si acriter inueneretur in defectus tunc à subdito intellectos vel antea cognitos, & non auditum condemnaret, nec audire vellet se purgantem, præcludens viam huic malo, homines a sinceritate arcente, Societas in eadem Instructiōe 13. tradit modum, quo Superior, sine sulminibus, vt dicitur, tertij toni, & iracundis verborum aculeis, procedere debeat tunc, dū ab aliquo rationem conscientia accipit, non vt Iudex, sed vt Pater.

Superiorum, inquit, eris tam blandè & amanter eos excipere, vt hac ratio conscientia reddita occasio fiat, non semel, aut iterum in anno, statim temporibus

ad eos recurrendi, sed frequenter eos adeundi.

Ex dictis sequitur, contra Institutum & præscriptum Societatis fore, si Superior accipiens rationem conscientia ab aliquo subdito diceret, vel faceret infra scripta:

Primò. Si non crederet aliquod de se dicenti subdito, & querelas eius audiendo, vel defectus, indignationem, non compassionem præ se ferret Superior. Ijs, qui corpore infirmantur, inquit B. Laurentius Iustinianus l. de Institutione & regimine Prælatorum c. 9. initio: nihil sic congruit, nihilq; sic animam eorum mulcet, quemadmodum si ipsorum verbis adhibeat credulitas, illorumq; infirmitatibus intelligant sibi compassionem exhiberi ex corde. Nempe si omne circa ipsos persolvere studium dilectionis obsequium, si vniuersa eisdem impensius ministraverit necessaria, parum illis fecisti, si non etiam querelas eorum. & lamentationibus, eorumq; doloribus, te erga illos compassione cognouerit esse affectum. Porro hoc illis placet, hoc illorum dulcorat mentem, delimit dolorem, fragilitatemq; sustentat. Equidem, si incolumes existerent, huiusmodi suffragiis nullatenus indigerent. Caterum, quia languoribus oppressi sunt, doloribus fatigati, ideò exhortationibus piis consolandi sunt, blandis sermonibus alloquendi, dilectionis obsequiis subleuandi, atque cum omni humanitate, mansuetudine, ac compassione sustinendi tractandiq;. Hoc quippe agrotantium in carne exemplo hac corporalis exercitationis formâ, proximis infirmatâ pro Christo, optimè animarum Pastores erudiuntur, vt cum omni humilitate & patientiâ, cum charitate & compassione, curam exercent sibi commissam, quantum tentationibus exagitatos, vel passionibus superatos, aut propria conscientia stimulis condemnatos valeant verbis consolatorijs erigere, exemplis solidare, saluberrimis consilijs instruere, spiritualiterq; sanare. Idque probat dicto Apostoli Rom. 15. 1. 2. 3.

Secundò. Si non blandè, nec amanter, sed cum iracundiâ & verborum aculeis, aut sarcasmi pungentibus alloqueretur tunc subditum, de suis tantum rebus agentem, vel respondendo ad eius verba, vel illum interrogando, aut examinando, vel de re aliquâ, tunc ab eo intellectâ corrigendâ, monendo. Hic enim modus non est paternus, & à Societate veritus, & à P. Claudio in primâ ad Superiores epistolâ, in quâ ipsorum officium hac S. Bernardi sententiâ à se citatâ depingit: O bona mater charitas, quæ sine sonat infirmos: siue exercent protractos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit vniuersos. Cùm te arguit, mitis est; cùm blanditur, simplex est: præ solet scire, sine dolo mulcere: patienter nouit irasci, humiliter indignari. Alioquin asper & iracundus, & ignem in gestibus & verbis spirans modus, non tantum patrem paternè agentem non præsentat, sed ne quidem iustum, & ritè suum obeuntem munus, Iudicem decet. Tanto magis, quia, vt ait S. Chrysostr. omus, est hoc in more positum agrotorum, vt non faciliè velint vllum suæ agitudinis esse resem: sic vt multi maluerint moribus oppressi interi-

interire, quam calamitates suas detegere. Quod nequaquam facerent aegroti, experti crudeles Meadicos, non nisi lanceolas & ignem ad curationem spiritualium morborum furibundè adhibentes, ideoque etiam contra boni Iudicis officium peccantes. Sibi Superior quibus dictum patet, id quod dixit Abbas Hyperichius in Vitae Pactum: Eripe proximum à peccatis, quanta tibi est virtus sine imperio, quoniam Deus conuertentes se non repellit à se. Verbum autem malitiae, & nequitiae non habet in corde tuo aduersus Fratrem tuum, ut possit dicere. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Talem affectum habuit senex ille, cui cum probandi causa Iuuenis quidam dixisset: In magnam tentationem incurri hebdomada ista: pergens enim pro ministerio quodam in vicum, incidit in mulierem. Et dixit ei Senex: Estne poenitentia? Et dixit frater: Etiam. Senex autem dixit: Ego tecum porro medietatem peccati huius. Tunc dixit frater ille: Modò scio, quia possimus simul manere: & manserunt simul vsque ad exitum suum. Libenter enim subditi, etiam dyscolli, manent cum iis Superioribus, qui paternè eorum defectus corrigunt.

Apertum pro hac re dar monitum S. Gregorius Papa, explicans illud Iob. 36. Non te superet ira, ut aliquem opprimas: Omnis, inquit, per quem necesse est aliorum vitia corrigi, semetipsum prius debet solerter inuerti, ne, dum aliorum culpas vlciscitur, ipso vlciscendi furore superetur. Plerumque enim mentem sub obtentu iustitiae irae immanitas vastat. & dum quis sanis zelo relictudinis, rabiem explet furoris, iustitiae, facere estimat, quicquid ira nequiter dicitur. Vnde & modum sapè vlciscendi transgreditur, quia mensuram iustitiae non frenatur. Dignum quippe est, ut cum aliena corrigimus, prius nostra meriamur, ut prius mens à sua accensione deserueat, prius inter semetipsum zelus sui impetum, tranquillam aequitate componat: ne, si ad animaduertenda vitia obrupto furore irabimur, peccatum corrigendo peccemus: & qui culpam diiudicando insequimur, immoderatè seriendo lauiamus. In correptione quippe vitiorum, subesse debet menti iracundia, non praesse, ut executionem iustitiae, non damnando praesentat, sed famulando subsequatur, & notum iudicium possessa impleat, non possidens praecurrat. Bene itaque dicitur: Non te superet ira, ut aliquem opprimas: quia videlicet, si is, qui corrigere nititur, irà superetur, appropinquat, anaequam corrigat. Nam dum plus, quam debet, accenditur, sub iusta vltionis obtentu, ad immanitatem crudelitatis effrenatur. Similia habet S. Hieronymus Hispalensis. Et libro eodem c. 56. Quidam, inquit, dum iudicare incipiunt, irascuntur, ipsamque iudicij sententiam in insaniam vertunt. De quibus rectè per Prophetam dicitur: Qui conuertunt in furorem iudicium. Qui enim iratus iudicat, in furorem iudicium mutat. Vnde merito S. Hieronymus in illa verba Iob 36. Non te ergo superet ira; Optimus, inquit, iudex est, qui his pessimis, iracundia, & cupiditate duobus vitis non conetur, quibus eo loco ab Elia sanctus vir arguitur.

Tertio. Contra Institutum faceret, si audiens manifestationem conscientiae, tunc ob defectus subditi aliunde cognitos, vel datà operà ante rationem conscientiae inquisitos, eo fine, ut tunc illum bene, ut dicitur, postea lauare, in illum acriter inuheretur, vel ei poenam aliquam impingeret, tunc, vel postea faciendam, illi exprobraret hæc; & illa; minaretur dimissionem, vel missionem ad Nouitiatum; aut amotionem à studiis, impeditionem eius ad omnem promotionem, & his similia. Hi enim omnes modi loquendi, & agendi, sunt Iudicium, qui sunt vetiti, (ut supra dictum est,) & non adhibendi tempore illo, quo redditur ratio conscientiae. Immo P. Claudius eos etiam alio tempore adhibere vetat. Iud. c. 14. n. 3. sed prorsus contrarios ibidem praescribit, supra hic n. 73. recensitos. Pro talibus enim iudicialibus agèdè modis, aliud tēpus, vel multò ante, vel multò post, captandum est. Quia si hoc fiat tunc, quando redditur ratio conscientiae, illa exosa redditur, sinceritati obex ponitur; à Superiore alienatio, quoad reddendam ei rationem conscientiae sinceram concipitur; manifestatio conscientiae redditur non paterna, sed iudicialis, quae in Societate vetita est. Quod si alio diuerso tempore aliunde defectus à Superiore cogniti, subditi (eo prius interrogato & audito patienter, & non aliter) alio tempore indicarentur, & punirentur, esto conciperet is tunc aliquem animi mororem, vel alienationem, nõ tamen ob id ei redderetur odiosa, & plena horrore conscientiae manifestatio, sed tantum illa remota Superioris admonitio, vel punitio, quae non impediret sinceritatem in manifestatione conscientiae postea faciendam, in qua non esset expertus Superiorem; tanquam Iudicem punientem, sed tantum tanquam Patrem, blandè & amanter solentem, vel inluentem, vel momentem, ut dicitur in 14. Instruktionem supra citatà.

Denique omnia tempus suum habent. Et cum Superior duos ad summum per annum dies ordinariè habeat pro accipiendà ratione conscientiae, & totum annum pro corrigendis, ac puniendis suorum defectibus, ante illam commissis, in quos, ut Iudex, etsi paternè quoque, potest, & sapè debet animaduertere, non debet causam Iudicialis tribunalis differre ad tempus rationis conscientiae, in quo non Iudicis (cuius punire est) sed tantum Patris debet gerere personam, iuuando consiliis, & consolando subditum; vel blandè monendo, non furibundè. Hoc enim etiam in Iudicibus, contra fures ferentibus capitis sententiam, meritò damnatur.

Quocirca non paternè; & contra Societatis praescriptum procederent ij Superiores, qui datà operà, dum ab aliis exigent rationem conscientiae, reseruent sibi certum aliquem, vnum, vel plures, ut eos vltimò loco post alios audiat, quò

86.

87.

quod interim pluribus defectibus eius, vel eorum auditis ab aliis, rationem conscientiae reddentibus, eos bene lauent & confundant. Et adhuc peius esset, si Superior alicui alteri diceret, id eo se eum referuare pro ultimo loco, quod habeat contra illum aliqua puncta. Haec enim minime communicata cum altero, non olent Patris, sed Iudicis seueri spiritum, & vehementer auertunt, si resciantur, à sincera sui manifestatione, & beneuolentià necessariâ erga Superiorem, quam Superior à Societate iubetur quærere, & conciliare in subdito, non verò dare causas eam non habendi.

88. *Quartò.* Neque is Superior paternè ageret, immò nec nomen Iudicis mereret, si in ratione conscientiae rogatus ab aliquo subdito, ut si quid contra eum habet, ei dicat, diceret, se nihil habere, & interim sciret subditum, se à Superiore antea coram aliquo esse traductum, & se esse in malâ apud Superiorem opinionem: vel si post redditam rationem conscientiae, hoc ipsum resciret à Superiore post rationem conscientiae redditam, alicui alteri esse dictum. Incredibiliter hæc auertunt etiam bonos, ne se Superiori vniquam sincerè manifestent, sed tanquam carnicinam quandam horreant sui manifestationem: uti de facto multi horrent, experti talium Superiorum procedendi modum, qui ne quidem in bonis Iudicibus cernitur.

89. *Quintò.* Etiam hoc auertit à sincera sui manifestatione, dum se manifestans, aduertit in Superiore vel malam de se Superioris opinionem, vel suspensionem rei alicuius grauis, quam clarè Superior proderet, si subdito, respondenti ad punctum illud 2. Instructionis de reddendâ ratione conscientiae: *Quomodo se habeas circa Obedientiam, Paupertatem, & Castitatem*, post auditos aliquot eius defectus veniales circa hæc, ei diceret certo quodam modo pronuntiationis, redolente incredulitate in Superiore: *Puto vos in hac manifestatione non decipere Dominum Deum. Miror, quod hos solùm defectus leues circa vota dixeritis. Vel, (quod peius esset,) si diceret: Nuper Pater Spiritualis, vel Pater quidam obtinuit à me licentiam absoluedi quandam à casu referuato, suistis ne vos ille: vereor ne vos in illius casum incideritis.* Tali enim interrogatione, non extorquebit à subdito, ut id manifestet, alioqui sine illâ se aperuisset, si haberet animum sincerè se aperiendi, alienabit autem à se valdè subditum, hac de eo suspicione ei ipsi patefactâ. Nam quamuis Superior habeat ius sciendi lapsus in casum referuatum suorum, & subditi debeant eos manifestare, et si iam ab alio validè absolutos; tamen velle id tunc rescire à subdito, non prodesset, quia ei non diceret, si per se antea non dixit, noceret autem plurimum, quia sic eum à se magis auerteret. Quocirca, si etiam in eo casu, in quo sub peccato mortali quis tenetur alterum corrigere, non debet id facere, nec obligatur, & stultè id faceret,

sup

& cum peccato, quia esset sermo otiosus, quia nec necessarius, nec utilis, si non est spes emendationis, & periculum alicuius damni proprii; multò minùs debet Superior, uti nec tenetur interrogare Subditum, an incidit in referuatum, si illum per se non aperuit, quia non tenetur sub peccato hoc ab eo inuestigare. Immo nec debet, uti prudenter monuit P. Claudius in quodam Responso infra citando.

Quinimò, non tantùm in ratione conscientiae Superior non debet se exhibere subdito, quam malè de eo sentientem, sed semper, saltem multò antea. Quà de re præclare scripsit P. Claudius in 1. ad Superiores epistolâ: *Manifestè inquit, apparet non aperiri medicamento ianuam, sed ocludi, cum Superior suspicandam causam præbet, vel se minùs diligere, aut malè sentire, aut sperare de filio. Atque hæc, quam dico, fiduciam, Patres charissimi, non credere debemus, in ipso necessitatis articulo (qui solet esse, vel dum ratio conscientiae redditur, vel dum alio tempore, aliquis eum sua tentatione, vel perturbatione recurrit ad Superiorem pro consilio, vel solatio, vel auxilio) in subditos gigni posse, licet tunc, amantissimis verbis eam efficere conemur, sed necessarium est præterito tempore, variis occasionibus, ac beneficiis, tum ostendendo curam etiam corporalium illius necessitatum, tum familiaris eum ipso agendo, tum denique aliis rationibus, apud eum. Et alias communiter hanc amoris opinionem collectam esse demonstrando. Parum cauta est simplicitas, inquit S. Nazianzenus: Minime enim suspicatur orat. improbitatem, cuius animus ab improbitate liber, ac purus est.*

CAPVT VNDECIMVM.

De aliis rebus vitandis à Superiore, dum à subdito recipit rationem conscientiae.

SEXTò. Cum contingat in ratione conscientiae reddendâ, ut subditus referat aliqua de aliis, emendatione vel correctione digna, si tunc Superior aliquid diceret contra sic delatū, quod, si resciret delatus, offenderetur, non bene Superior suo officio tunc fungeretur (etiam iudicio P. Claudij, id verantis fieri, alio quoque tempore) duas ob causas.

Primò, quia ordinariè contingit, audita tunc à Superiore referri alicui alteri amico ex confidentiâ, (et si id Superior prohibuerit) vnde tandem res veniunt ad aures delati; quod solùm in causa est, ne delatus postea velit se sincerè Superiori aperire, sciens sui non bonam factam mentionem eorum illo altero, qui ei reddidit rationem conscientiae.

Secundò, ille ipse, qui conscientiam Superiori reddendo audiuit talia ab eo dici, de delato à se, meritò timere potest, ne & ipsi hoc ipsum contingat, dum aliquis alius, aliquid de illo dicit

Sup.

Superiori in ratione conscientia. Et hac ratione & deferens, & delatus, habebit occasionem non aperiendi in ratione conscientia ea, quæ de se, & de aliis aperire deberet. Et dicit fortè illud vulgatum: *Hodie illi, cras mihi hoc ipsum continget.*

Quid ergo tunc Superior facere debet?

Respondeo, nihil profus dicat contra delatum dum accipit rationem conscientia, sed taceat, nil pro, nil contra, ostendens. Sed si deferens diceret delatum à se, sibi esse causam alicuius peccati, tunc hoc tantum potest deferenti dicere, quod est necessè ad præferuandum eum à lapsu futuro, contra delatum tamen nihil dicat, quod delatus nollet de se dici, quin potiùs excuset, iuxta monitum S. Bernardi, vel intentionem, vel inconsiderationem delati, aut ignorantiam, aut vehementiam tærationis, aut quippiam aliud adferendo in medium, quod culpam delati vel possit excusare vel minuere. Hac enim ratione & delatus ad Superiorem, si id relciet, concipiet magnum affectum benevolentia: erga Superiorem, & ei sincerè suo tempore se aperiet, & deferens ad eandem sinceritatè magis excitabitur, videns à se delatum, ita à Superiore tractari quodammodò, quemadmodum benignissimum cor Iesu tractauit illam saminam acculatam, & in adulterio deprehensam.

Quando verò Superior haberet in suo domicilio aliquem valde dyscolium, vel occurrè nocentem Domesticis suâ peruersa conuersatione, & mala instillantem dictamina, & ob eius duritiam, tentatis modis omnibus ad eum emendandum, non possit eum ad bonum statum reducere, tunc talium conuersationem non tempore rationis conscientia, sed multò ante, vel post illam, omnino prohibeat iis, qui debiles eum sint, & non solè in virtute, possent ab eo corrumpi. Et quòd Superior tunc id facere debet, cum exita rationem conscientia suos subditos alloquitur, sive, saltem semel in Mense, iuxta præscriptum in Reg. 26. Prepositi, & 25. Rectoris. Ad tempus verò rationis conscientia, in quo nil eà reddens vili odiosam, debet tractari, talia monita non reiciat, sed multò antè id faciat, vel postea. Quod non erit Superiori difficile, si fideliter suæ considerationis horam sibi præscriptam expediet. In eà enim etià de his rebus cogitare debet, quomodo paternè & blandè ratione conscientia à suis exiger, ne tunc cogatur quinquà irritare, & afflictum à se dimittere. Et sic inueniet modos, quibus multò antè adhibitis, odiosa, antea expediet. Quamobrem prudentes Superiores, valdè cauent ne ante tempus rationis conscientia immediatè reddendæ, etiam pœnitentis iustis contristent & perturbent breui reddituros rationem conscientia. Et qui prudentes, & cum Deo coniuncti sunt, benè inue-

Lancij Opusc. Tom. 2.

nient modum suam impediendi & emendandi defectus pœnâ dignos, non irritando, nec offendendo subditum, paulò post venturum ad reddendam rationem conscientia.

Sepimò, Cum sapè reddentes rationem conscientia, siue ex verò & iusto zelo, siue ex inordinato affectu soleant de Domestico aliquo, Superiori voce, vel scripto referre aliqua, cum aliquà exaggeratione, & significatione commoti contra aliquem affectus, si tunc Superior non blandè, nec amanter, non vt pater, sed vt Iudex statim condemnans eius dicta, vel scripta, verbis valdè pungentibus, ei responderet, præsertim dicenti aliquid contra aliquem Superiori charum, contra Societatis præscripta eum eo procederet. Vult enim Societas blandè, & amanter, per modum patris, non iudicis, tractari reddentes rationem conscientia, & ita dimitti à Superiore, vt cum consolatione abeant, & cum desiderio redeundi sapius. Quod non facient, si à Superiore sibi dici audiant, quòd detrahant alteri; quòd pasquillos, vel libellos famosos contra alterum ipsis porrexerint: quòd calumniati sint illum, quòd illi iniuriam fecerint: quòd accusarint meliores, quàm sint ipsi: &c.

Hoc punctum est diuersum à primo, quia in illo est sermo de subdito tantum de rebus suis propriis agente. hinc de agente de aliis.

Quid ergo Superiori faciendum tunc, si deferentem suspicetur falsa dicere?

Respondeo, Nil determinando pro & contra, dicat se rē consideraturum, & si opus erit, adhibiturum remedium, & sic sine vllà confusione dimittat à se eum, qui ei rationem conscientia reddidit. Post aliquod verò tempus, re benè perspecta, etiam non vocando datà operà propter hoc solum, illum, qui de altero illa retulit, sed occasione aliquà oblatà, dum in eum occurrentem, vel transeuntem, incidet Superior, quasi casu blandè eum ad suum cubiculum inuitet, vel, si nullus est præsens, in ipso ambulacro, vel ambitu, dicat illi voce demissa & blandè, se rem examinasse, & prouidisse, & non inuenisse in eo statu, in quo visa est fuisse aliquibus. Hac enim suauitate ratione, & ille agnoscat suū defectum, si malitiosus fuit, & crescat in benevolentia erga Superiorem, videns eum nō precipitem in ferendis, sinistris iudiciis de accusato. Et hanc ipsam paternam agendi cum accusatis rationem, sibi quoque non defutura sperabit, si accusabitur in ratione conscientia ab aliquo: & ad sincerè se ei semper in illà aperiendum excitabitur.

Quòd si alio tempore extra rationem conscientia deprehenderet, delatorem falsò aliquè accusasse, tunc acrius (intra tamen limites mansuetudinis) debet accusatori ostendere, accusatum esse innocentem. Ita enim illi, quantū

N fatis

fatis est, eius falsitatem ostendet, & ut agnitam modis solitis & debitis expiet, & à se, iracundâ reprehensione non adhibita, non alienabit. Minus enim malum est, non punire tam grauitate accusatorem, prout mereretur, si is culpam suâ agnouit, quàm puniendo, prout meretur, eum ad indignationem, & murmuraciones & auersionem a Superiore, quandoque & ad uocationis contemptum concitare. Sapientis est autem, inter duo mala minus eligere. Omitto breuitatis causâ ad hoc confirmandum sacra & profana exempla. Certum est, Sanctos Prælatos, in Ecclesiâ Dei celebres, sic cum suis imperfectis subditis cum magno fructu, & eorum subsecutâ emendatione processisse. Alios contraria incedentes viâ, multos ad desperationem, vel ad peccata maiora incitasse, & nihil retulisse utilitatis; sed sibi quoque multum nocuisse, conciliatâ à se subditorum alienatione, & nullâ subsecutâ eorum emendatione.

CAPVT DVODECIMVM.

96.

a. S. Th. in
4. d. 17. q.
3. a. 3. q. 4.
ad 5.

Palud.

ibid. q. 5.

Maior.

Alens.

Alfiosod.

Adrian.

Per. Soto.

Caic. Ca.

vus. Sor.

Medina.

Valent.

to. 4. d. 7.

q. 11. pun.

r. §. 6. Af-

ferto,

qui hos

auctores

citat, &

ait alios

quoque

commu-

niter id

sentire. Et

infra citat

alios.

Idem do-

cet Sua. 2.

to. 4. §. p.

d. 2. §. 2.

Henric.

l. 5. c. 12.

num. 5.

Bon. disp.

3. de poen.

q. 5. l. 2. p.

2. §. 4. dif-

fic. 4.

Filliuc.

et. 7. de

confess.

c. 5. q. 5.

De seruandis aliis rebus in excipienda ratione conscientie.

O Claud. Monet Societas Superiores, ut in ratione conscientie ita procedant cum subditis, ne subditi modo procedendi secum Superiorum alienati, Theologicis ratiocinationes, & periculorum species excoguent, quibus sibi persuadeant, se nullâ lege teneri ad se tanto cum damno detegendo. Et ait, hac opinione atque auocatione animorum, vix perniciosius quicquam ad bonam administrationem Societatis esse posse.

Atqui omnia illa, quæ supra vitanda esse dixi, subditos ad tales ratiocinationes, & alienationes conducunt. Signum ergo est, etiam ex hoc effectu, modum illum à me improbatum, esse contra Spiritum & Institutum Societatis. Inter ratiocinationes enim noxias & Societati, & subdito, alienatus asperitate Superioris animus, valde apparentes has menti imprimeret, & iuxta eas sibi formaret conscientiam, ac sua mala occultaret, discurrendo secum sic: Possim sine villo peccato non confiteri quedâ peccata mortalia, nunquam confessione expiata, si probabiliter putem grauitate id mihi nociturum, vel alteri, si tali Confessario. Nulla in confessione dicam, vti est communis & certa sententia grauissimorum Theologorum a. Ergo multò magis possum non aperire Superiori duro & asperro, & non paternè procedenti, casus reseruos, in quos incidi (præsertim à quibus iam absolutus sum validè ab alio) quos extra confessionem non teneor sub peccato mortali ei dicere, vti teneor dicere in confessione coram tali Sacerdote, à quo nil damni grauis timere possim. Itè, suggerere posset dæmon talibus aliam ratioci-

nationem huiusmodi. Quamuis quilibet sub peccato mortali obligatione teneatur aliquando corrigere peccantes mortaliter, tamen non tenetur illos corrigere, si non speret emendationem, & timeat probabiliter aliquod sibi damnum inde securum. Cum ergo non teneatur sub villo peccato me extra confessionem sincère Superiori aperire, quia nulla Regula ex se nos obligat ad vllum peccatum, & expertus sum in me, vel in aliis Superiorem N. in ratione conscientie pessimè tractare subditos, & peius etiâ, quàm debeant iudices etiam iusti, qui tenentur ferre sententias contra fures, & latrones, sine ira, & commoti animi signis, vti & ipsi carnifices, dū eos supplicio capitis afficiunt. Ergo non teneor me illi aperire, sed me referuabo ad Superiorem, suos paternè tractantem. Etsi teneatur sub peccato mortali, rem alteri furto ablatam valoris tenui ducatorum restituere, si possim, tamen non teneor ita illam ei restituere, vt agnoscat me illam furatum esse, ne patiar famam iacturam; quæ doctrina certissima est. Ex quâ subditus imperfectus & immortificatus, deduceret talem conclusionem: Ergo cum non sit obligatio peccati mortalis, vt me sincère aperiam Superiori, non me illi candidè aperiam, quia scio eos, qui se candidè aperiant, incidere in peiorem ab eo tractationem, quàm sit infamia, quæ incurreretur ob agnitum alicuius furtum tritum ducatorum. Ne ergo ad has perniciosas ratiocinationes, & similes alias, vel tentati, vel immortificati prolabantur, exigenda est ab omnibus ratio conscientie modo paternò, non asperro, & iudiciali, supra improbatò; in sequentibus adhuc magis enucleando.

Nond. Etiam illa verba, vel eis similia, dicta post auditam rationem conscientie: *Doles, quod contra te nihil habeam*: non conciliant beneuolentiam, siue ioco, siue seriò dicantur. Ostendunt enim Superiorem dolere, quòd non habeat materiam, quæ eum faciat Iudicis partes agere, & dimittere confusum. Quasi verò illud tempus sit ad dicendum contra alios, cum pro hac re totum habeat annum.

Decimò. Contra Societatis voluntatem est, nõ tantum id quod supra §. 6. retuli, dum Superior acceptâ occasione à subdito nominante personam aliquam indigentem emendatione, contra illam dicit aliquid; sed etiam de personâ à subdito non commemoratâ in ratione conscientie, diceret hæc, vel similia: *Videmini mihi habere aliquid de spiritu Politico talis Patris, N. vel: Placeat mihi hac vestra humanitas, & affabilitas, nisi eam didicissetis ab hoc, vel à talibus N. N.*

Vndecimò. Vehementer etiam terret subditos, si Superior, præsertim Prouincialis, accipiens rationem conscientie ab aliquo, habeat expansum ante se librum, vel chartam, in quâ singulorum nominibus adscribi solent defectus aliorum, qui Superiori vel aliis, vel tẽpore visitationis Domicilij illius, referuntur. Et adhuc magis ea

res terret, si dum aliquid audit Superior à subdito conscientiam suam manifestante, siue de se, siue de alio, id eo vidente, & presente, notet in libro, vel illà chartà. Iste enim zelus eo tempore ostensus, non Patris sed Iudicis; immò Fiscalis speciem præferet, dum annotat testium dicta contra aliquem supplicio afficiendum. Alio tempore talia notanda sunt, extra tempus, quo manet reddens conscientia rationem, vt infra dicitur.

Sed quia, multi Superiores toto anno immeriti sunt in temporalibus, & solis culpis à Ministro delatis emendandis inuigilant, & non alloquuntur subditos sæpe, vt præscriptum est Præposito reg. 26. eius, & Rectori reg. 25. idè ad illud tempus referunt, cum magno suo & subditorum damno, indagacionem domesticorum defectuum, qui ad Ministri, & Syndicorum noticiam peruenire antea non potuerunt. Sed hac ratione absterrent, ne in sequentibus conscientia manifestationibus subditi & de se & de aliis sincerè dicant quæ dici oporteret.

100. *Duodecimo.* Offendit & hoc vehementer subditos, dum non eodem modo accipitur ab omnibus personis, æqualis conditionis, ratio conscientia, vt si, verbi gratià, in eadem classe Philosophiæ vel Theologiæ sint omnes, & si à quibusdam subditis, et si non habeantur pro melioribus à Communitate, ambulando ea accipitur, non exigendo responsa ad singula puncta posita in Instructione de ratione conscientia, & tunc illis dantur munuscula & instituuntur discursus de variis rebus, & personis, ad rationem conscientia non spectantibus: ab aliis verò, non ita charis, cù quadam gravitate, & vultu ad seueritatem cõposito, & sic sine demonstratione benevolentia accipitur, iuxta singula puncta impressa in Instructione de reddendâ ratione conscientia, nullo omisso, & ad amissim, & hoc ipsum postea ditati munusculis piis, siue laudando Superioris charitatem, siue alio motiuo, aliis manifestat; qui scientes se non ita tractari solitos, agnoscunt se non esse è charorù numero, nec dextræ filios, sed sinistra. Quis autem ab his, nisi valde sancti sint, sinceram speret manifestationem suæ conscientia: idè merito monuit R. P. Mutius in sua, quã ad totam Societatem, præclarâ hoc anno & primo Societatis nostræ sæculo misit epistolâ: *Omnium Patrem, non debere communem animum priuatum cuique addicere; non vni scilicet dexteram, sinistram aliis destinare, sed quantum in ipso est, ambidextrum, & æqualem se omnibus præbere, ratione omnino discriminis, à Deo solum expectatâ, obfirmatâque mente ad seruandum illud Domini responsum: Sedere ad dexteram, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.*

101. *Decimotertio.* Denique vellem ab his (si qui essent) quibus non placerent ea, quæ hoc loco dixi, vitanda esse, in accipiendâ ratione conscientia, vellem, inquam me doceri; Quid aliud sit *Lancicy Opusc. Tom. 2.*

iuxta Societatis præscriptum & mentem, non fungi in exigendâ ratione conscientia officio Iudicis: Sanè aliud recto, iudicio decernere non poterunt, quàm vt ea omnia, & illis similia offensa, & aliorum exasperatiua, vitent, quæ vitanda asserui, & vt his contraria adhibeant. Quamuis enim & Patres aliquando seueros se filiis exhibeant dyscolis, & eos blandè & amanter non tractent, dum puniendi sunt, tamen tunc, non vt Patres, quoad seueritatem, & pœnam, sed tanquam Iudices se gerunt, nihilominus tamen in castigandi modo, etiam tunc debent paternè procedere, non tyrannicè, & despoticè.

Quocirca, qui modis supradictis, à me improbatis, vtuntur, in accipiendâ ab aliis ratione conscientia, non vt Patres, sed vt Iudices eam accipiunt: quod eis est à Societate vitatum, ac proinde contra Institutum id faciunt. Et si ipsi simili modo tractentur in simili occasione à Superioribus Maioribus, hoc ipsum agnosceret, & talem Superiore Maiorem, tunc non Patris, sed Iudicis more se gessisse existimarent. Quod ergo sibi fieri nolent, hoc aliis non faciant.

Confirmantur primò Supradicta argumento à TO3, maiore ad minus: Declaratum est non semel à Præpositis Generalibus nostris, præsertim à P. Claudio in literis ad P. Ferdinandum Alberum Prouincialem Germaniæ datis An. 1587. 8. Maij. *Quoad dimissionem attinet, nec debere, nec posse procedi ex eis, quæ ab ipsomet subdito rescita sunt in Cõfessione, aut etiam in ratione conscientia, ne fiat odiosa.* Quocirca si Superior renetur abstinere à dimissione vnus, etiam si esset scandalosus, corruptiuus domesticorum, & infectiuus aliorum, sed pro tali tantum agnitus ex ratione conscientia, multò magis, ne ea odiosa reddatur, tenetur Superior abstinere ab illis modis asperè tractandi subditum supra commemoratis, quæ odiosam reddunt conscientia rationem: præsertim, quia aspera illa & seuera tractatio subditi se tunc manifestatis, non tantum non est necessaria ad bonum Societatis (vt est necessaria dimissio membri aliorum valdè infectiuo) sed perniciofa, tum quia illo agendi modo auertitur subditus à sincerè se posthac aperiendo in aliis manifestationibus conscientia, tum quia hoc modo non emendatur à suis defectibus, sed magis induratur, & à Superiore alienatur merito, dum eum videt tunc se gerere tanquam Iudicem, quod scit ei esse à Societate vitatum, & non tanquam Patrè, quod scit ei esse imperatum. Plus enim proficit amica correptio, inquit S. Ambr. quàm accusatio turbulenta: illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet: seruetur potius, quod prodi metuat, qui monetur. Bonum quippe est, vt amicum magis re, qui corripitur credat, quàm inimicum. Facilius enim consiliis acquiescit, quàm iniuria succumbitur. Sic etiam S. Augustinus, negat asperè, duriter, imperioso modo corrigendum eum, qui deliquit. Quamuis enim interdum adhibenda sit asperitas, & tanquam vltio quædam, vel venæ

TO 4.
L. 8. m.
Luc. c. 17.
epist. 64.
N 2 lectio.



fectio, à Medicis præscripta, id tamen non tunc fieri debet, quando abest pertinax obstinatio, & impudens negatio criminis, sed adest parata & prompta voluntas emendationis, & sincera morbi, non desperati manifestatio. Et, vt monet Ethnicus Themistius, orat. 3. *Quemadmodum Medici ferramento sepius omisso, adhibitis quibusdam medicamentis circa dolorem morbis medentur, ita & tu amicum ad sanitatem reuoca. Eiusmodi medicamenta erant pleni beneuolentiæ sermones, non iucundis, atque ad gratiam confecti, (eiusmodi enim fouetur agritudo) sed qui tametsi veri sint, & libertate pleni, exprobratione, & contumeliâ careant, & castigant quidem, minimè tamen conuulsiunt: corrigant, non probrum inferant. Et, vt ait S. Hilarius, si quid petulans, si quid incontinens deprehendatur, sine exprobrationis amaritudine, blandimento etiam dictionis est corrigendum.*

in Pl. 14.

105.

Confirmatur secundò, supradicta alio Responso dato à P. Claudio Anno 1594. P. Ottoni Eifenreich. Studium, inquit, perfectionis id exigit, vt, qui rationem conscientie reddit, etiam casum reseruatum aperiat, in quem incidit, etsi iam absolutus sit, quia nullam rem celare debet. Est tamen hoc prudentia Superioris, qui eum audit, vt nihil interroget, vt grati, quò grauius sibi onus imponi sentiat (subditus) ne odiosa reddatur ipsa ratio conscientie. Si ergo P. Claudius indicat non vrgeri subditum, vt casum reseruatum, & absolutum, in ratione conscientie aperiat, (quod multum faceret ad plenam subditi notitiam) ne vrgeri, reddat ei odiosam sui manifestationem, quamuis ius vrgeri habeat, quò magis abstinere debet ab illis asperis agendi modis, supra commemoratis, ad quos ius non habet, quos & prudentia, & Societas pro illo tempore vetuit: siquidem illi meritò reddunt magis odiosam rationem conscientie, quam si Superior interrogaret, an incidit in casum aliquem reseruatum, quem subditus scit se debere manifestare ex Regul. 40. Summarij, & ex Instructione de reddendâ ratione conscientie. Prudentissimè autem P. Claudius monuit, ne Superior de casu reseruatò interroget, tres ob causas. Primò, ne odiosam reddat rationem conscientie. Secundò, quia talis interrogatio est prorsus inutilis, nam qui per se non aperuit in reseruata lapsus, multò minùs aperiet interrogatus, tum eandem ob causam, ob quam per se illum celauit, tum ne eum aperiendo ob interrogationem, meritò habeatur pro insincero. Tertio, quia interrogatione hac, ex qua nullus prudens potest sperare fructum, interrogando daret occasionem mentiendi subdito: quia sine mendacio non posset respondere: responsio enim alia ab eo non daretur, quam se non incidisse in casum reseruatum, quamuis verè in eum incidisset.

3.
9.
2.
sic
F.

106.

Confirmatur tertio, supradicta alio responso P. Claudij dato Prouinciali Poloniae anno 1597. ad mem. n. 4. vbi præscribitur, vt si subditus sponte

sua offendat, se Superiori non esse affectum, & cum eo expostulet, Superior accipiens tunc rationem conscientie exemplum ei dare debet sua patientie, quoad comodus postea tempus detur, patere illum admonendi, ei, satisfaciendi. Quocirca si in aliud tempus vult P. Claudius reuocare hanc rem, ne offendatur tunc subditus, multò magis alia offentiua, & similiter, immò magis odiosam reddentia conscientie manifestationem, & alius temporibus sunt à Superiore faciendâ, modis à me supra indicatis, quibus in Prouinciis à S. P. N. Ignatio instructis ad hunc diem discreti, & in Instituto versati Superiores constanter vt solent, cum magno fructu & solatio subditorum.

Confirmatur quartò, supradicta ex c. 4. Exam. §. 35. in quo S. Pater inter fructus manifestandæ conscientie expressè ponit, securum in Superiore, cui se subditus, & sua omnia integrè manifestabit, Maiorem erga illum amorem. Quis autem est tam hebes, vt ex asperitibus illis agendi modis Superioris colligat & speret Maiorem erga se amorem, & non potius apertam Superioris indignationem, & iram, quæ cum amore directè pugnant? Illis enim modis & domini sua mancipia tractant, dum illa non amant, sed oderunt. Amans enim nescit mordere amatum. Hinc S. Gregorius differens de Christianis Superioribus, à Christo Domino in nouâ lege institutis, ponderans illa eius verba, Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio lporum. Sicut agni, inquit, inter lupos mittimur, vt sensum seruantes innocentie, morsum malitie non habeamus. Qui enim locum predicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, inter ipsa sua mansuetudine iram sauentium mitiget. Quocirca exequenda sunt Superioribus, tum aliis, quando Iudicis manus assumere in ponendo coguntur, tum potissimum, dum vt Patres audiunt subditum, suos vel aliorum aperiendum defectus, ea quæ S. Gregorius Nazianzenus præscripsit circa modum alienos corrigendi defectus: Fratrem corrigas leniter ac humane, non vt hostis, nec vt durus. & rigidus Medicus, nec vt sectiosus tantum & cauterus aduersus morbum sciens grassari. Habes Medicina Regulam. Christi Discipulus es, mitis, & humanus, infirmatates nostras portans. Si primùm ablaetetur, leniter expecta: si secundò, ne animum despondeas: nondum enim curationis tempus effluxit: si tertio, benignum illum, & humanitate præditum agricolam imitare: Dominum adhuc precare, ne infructuosam siccum excidat, verum conuertat, & curet.

Ideo & S. Ignatius & ab illo edocti Superiores, & ab his alij, quorum multos noui, & diu sub eorum, non tam paterno quam verè celesti regimine vixi per integros viginti annos Roma, his modis vtdebantur in accipiendâ ratione conscientie.

Primò. Ad sola illa puncta, quæ conscientiam suam manifestantes dixerunt, permittit eis libertate de se loquendi, etsi vellent, se purgandi, quam

107.

108.
h. 17. in
Eusag.
Mauh.
10. 16.

109
or. demo.
derat. in
disp. sec.

110.

quàm diu vellent; respondebant, si opus erat, vel dando consilium, vel consolando, & ad spem erigendo, aut bene facta ab iis probando, & laudando: tepidos, & negligentes benignissimè, verbis mitissimis, paucis, sed efficaciter prolatis, excitando: sine vllâ acrimonâ sermonis, aut minarum vel seueritate vultus, eo modo, quo Medici solent suadere grauius infirmis, salutarium medicinarum vsum. Defectus eorum antea rescitos non commemorabant, nec exprobrabant. Quod si eos ipsi commemorassent subditi, tunc, & non antè, ad eorum fugam mansuetè hortabantur. Denique nil eiusmodi ex supradictis adhibebant, quod tunc poterit, non modo perturbare, sed etiam contristare & confundere subditum. Ideo quæ etiam tepidi, & dyfcologi, discedebant læti, & contenti, & cum desiderio semper se & sua syncerè Superioribus manifestandi, vti re ipsa manifestabant.

Secundo, Nil tunc de alio subdito dicebant, ne quidem indirectè, quod si ille alius resciuisset, contristari potuisset. Ideo subditi non timebât sui accusationes factas ab aliis in ratione conscientie, sed illas solas, quæ alio tempore fieri solent à iudicibus, vel aliis.

Tertio, Pronociales, notatos à se, vel auditos ab aliis, defectus; non dicebant subditis tunc, dum exigebant rationem conscientie, etiam si tunc rogarentur, sed dicebant se, si quid dicendum foret, dicturos, postquam ab omnibus rationem conscientie accepissent. Et ita in ipso visitationis sine interrogato prius subdito, an vera essent, quæ de eo sibi dicta sunt, eiusque responso audito sine interpellatione, dicebant amanter & mansuetè, quicquid dicendum iudicabant, & dimittebant subditum non exasperatum suo modo cum illo loquendi.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Soluntur Obiectiones contra supra dicta.

Quod si quis obiecerit, teneri Superiores etiam seueritatem adhibere in puniendis subditorum defectibus, eosque durissimè tractare, dum vident id necessarium esse. Ideo Heli grauius à Deo punitus est, quia blandè filiorum correxit defectus, cum debuisset eos ferire, vt ait S. Gregorius Pap. magis indignari, vt scribit S. Basilus, domo ei eicere, vt putat S. Hieronymus, & verbis prius affectos à conspectu suo amouere, & exheredare, vt dicunt in lib. 1. Regum Theodoretus, & Procopius: quod quia non fecit, putant esse damnatum. S. Augustinus, & Gregorius Papa. Possunt ergo Superiores etiam tempore rationis conscientie duriter tractare dyfcologos, modis supra improbat. Respondeo: Certum est posse, & debere Superiores

duriter tractare dyfcologos, sed non tunc, quando non est aptum tempus, & non tunc, quando est hoc eis vetitum, acceptà ab ipso Deo autoritate, & à Sede Apostolica, id verand: Cum ergo Societas, & Superiores nostri, Vicarij Dei, a Deo habentes autoritatem Statuta Societatis condendi, in Ordinationibus suis, & à Societate aliquoties in Congregationibus Generalibus approbatis, & à Sede Apostolica non semel confirmatis, veruerint, duro, & Iudicum proprio modo tractare omnes, ac proinde etiam dyfcologos, dum reddunt rationem conscientie, sed non nisi paternè, blandè, & amanter. Et vt subditi cum solatio abeant, & cum desiderio sapius ad similem manifestationem sui redeundi, & ne ex modo agendi duro & aspero, (etsi illum ex se mereantur dyfcologi) Superiorum, reddatur odiosa manifestatio conscientie; ideò malè faciunt illo tempore durè suos tractando, quia faciunt contra Dei voluntatem, sibi per Superiores Societatis, & per totam Societatem, & per Sedem Apostolicam, declaratam sapius Habent Superiores, pro durà & iudiciali dyfcologorum tractatione totum annum, quo id eis vetitum non est: tunc, si ita opus est, eos durè tractent, paternè tamen: & tempus rationis conscientie pro suani, & paterno tantum subditorum auxilio semel vel bis in anno à Societate ad vnam horulam destinatum, non contaminent iudiciali & seuro exagitandi misellos infirmos modo, paternas medicinas mendicantes à Spiritualibus Medicis, qui simul sunt eorum Patres. Nouit enim bonus Medicus, inquit S. Ambrosius, epist. ad Herontianum, quæ esca cui apta sit infirmitati, & cui tempori ad profectum valetudinis. Quod si importunè aliquis accipiat, aut non conuenienter, implicatur periculo. Ait Poëta:

Temporibus medicina valet; data tempore profunt, Et data non apto tempore vna nocent.

Sanè si Medici non adhibent seuerum curatio nis genus, per venæ sectionem, aut inuentionem cauterij eo die, quo luna iuxta Ephemeridum doctrinam tempus indicat esse ineptum, & noxium; simili modo Spirituales Medici, à durà & seuerà curatione spiritualium morborum abstinere debent tunc, dum id verat Maiores & doctiores Medici, & certiorum Ephemeridum à Sede Apostolica approbatarum Scriptores: vti fuerunt præter S. Ignarium, Præpositi Generales, ac Superiores plerique à S. P. N. Ignatio recepti, educati, & immediatè gubernati, qui vel Gongregationibus Generalibus interfuerunt, vel Ordinationes ab iis approbatas magnâ veneratione receperunt, & sunt executi, ac iuxta illas non iudicialiter, sed paternè à subditis rationem conscientie exigebant.

Porrò si quis quarat primò, Itane hoc vniuersaliter accipiendum est, vt nunquam debeat Superior in ratione conscientie subditum monere de defectibus, aliunde antea cognitis,

112. 1.5. ep. 23. ad Herontianum. Quid de remed. amor.

113.

107. 108. 17. in ang. 10. 16.

109. r. demo. erat. in alp. feto.

110.

111.

est tunc ab ipso subdito non manifestatis?

Respondeo, posse etiam tunc id facere, si Superior sit valde charus subdito, & se ab eo valde amari sciat, nec non si prudenter presumpserit, spectata tum dispositione presentis subditi, tum conditione eius defectuum, subdito se per hoc non redditurum odiosam manifestationem conscientiae: & si hoc Superior praestiterit, modo non iudiciali, & truculento, sed paterno, hoc est, ut Ordinatio iubet, & explicat, *suaviter, blandè, & amanter*, & eâ ratione, ut modus tunc à subdito servatus, speretur eum attracturus, ad redeundum postea libenter, & sapè cum sui manifestatione Superioribus faciendâ. Quia tamen non omnes Superiores sunt chari subditis, nec tam suaues & circumspècti; & quia facilè etiam suaves devenire possunt ad acerbam subditi & contentiosam tractationem, ac confusionem, si duriusculum à dyfcologo subdito audient responsum, idè loquendo communiter, & ut plurimum, securius est, ad aliud tempus id reicere: nisi ipse subditus ultro, & ex corde inler, ut tunc potius, quam alio tempore, ei defectus omnes eius, aliunde etiam resciti, indicentur. Tunc enim volenti non fiet iniuria, si pulchro, & suavi modo id Superior, tanquam Pater faciat, & non tanquam Iudex, vel peius, quam Iudex, iram verbis, oculis, sono vocis, gestibus exèrendo. Benè enim dicebat S. Bernardus: *Vbi resonat vtrinq; modestia, dulce est colloquium, vbi vel ex parte alterâ, vitile: vbi ex neutrà permiciosum. Vbi enim hinc inde duritia sonat, iurgium est, non correctio, nec disciplina, sed rixa: ut deceat magis interim dissimulare Prælatum.*

l. 3. c. 6.
vica.

114.

Si queras secundò. An non possunt tunc à Superiore in aliquo libro, vel chartâ annotari defectus aliorum, qui à reddente rationem conscientiae Superiori de aliis ex bono zelo manifestantur?

Respondeo, posse id tunc quoque fieri. Sed ne odiosa reddatur manifestatio conscientiae, non presente illo, sed vbi eâ absolutâ discesserit, annotandi sunt: nisi fortè reddens rationem conscientiae fuerit talis persona, in quâ non timenda sit vlla prorsus offensio. Securius tamen est id facere, postquam ille discesserit. Idè circumspècti Superiores non permittunt, ut, dum vnus reddit rationem conscientiae in Superioris cubiculo, aliquis alius extra expectet, eandem ob causam immediatè intraturus, postquam alter exiuerit: tum quia hoc parit varia incommoda & suspiciones, si quis diu detineatur apud Superiorem, tum quia eo tempore Superior potest liberè audire de aliis defectus, scripto annotare, quois, qui ab eo immediatè dimissus est, vocat alterum, in suo cubiculo, vel alibi, remotè à portâ cubuli Superioris tunc existentem. Ita res securius & suavius ex vtraque parte fiunt, sine periculo, & occasione suspicionum, & discursuum,

Post hæc scripta, & ut opinor euidenter eâ nostro Instituto probata, quò essent securior, in compendium redactas meas resolutiones supra positas, & infra (ad rem lectori melius inculcandam) repetitas, nisi R. P. N. Generali Mutio, his ipsis verbis, quæ hic inseram statim, & resolutionem eius meis dictis conformem accept Glacij Anno 1640. 31. Martij.

Quæritur primò. An Superiores Societatis, tam immediati, quam mediati, rectè facerent, si modis infra scriptis vrentur in exigendâ ratione conscientiae à Subditis, iuxta Constitutiones Societatis?

Primò. Datâ operâ ante tempus exigendâ rationis conscientiae colligere & inquirere omnes defectus subditi, qui poterant aequè benè, & suavius emendari, & puniri (si opus fuisset) multò ante tempus reddendæ rationis conscientiae, vel alias, vel tempore, seu occasione colloquij, præscripti in Reg. 26. Præpositi & Reg. 25. Rectores, ut eos dicant Subditis, tunc, dum exigent ab eo rationem conscientiae.

Secundò. Subdito ipsi, vel coram aliquo alio, absente subdito, mimari tempus rationis conscientiae, à se, vel à mediato Superiore exigendâ, tali loquendi modo, & gestu, ut qui has minas audit, nihil aliud possit apprehendere, quam subditum illum benè (ut dici solet) à Superiore lotum iri, tunc dum reddet rationem conscientiae suæ.

Tertio. Datâ operâ, tempore illo, quo redditur ratio conscientiae, subditum referuare, pro exigendâ ab eo ratione conscientiae vltimo loco, & hunc finem alicui alteri significare, ut interim Superior, quam plurimos eius defectus expiscetur ab aliis, prius suam conscientiam manifestaturis, quò hac ratione copiosorem habeat materiam, subditum illum exagitandi, & mortificandi, dum reddet rationem suæ conscientiae.

Quartò. Subdito post redditam rationem conscientiae, vel non roganti, vel roganti Superiorem, ut eum moneat, si quid in eo emendandum sit, nullum ei defectum indicare, & quandoque dicere, se nihil habere contra eum, cum tamen certò sciat subditus, se esse in malâ opinione apud eum Superiorem, eò, quò sciat à Superiore illo, suos defectus coram aliquo alio, vno vel pluribus, esse manifestatos, & improbatos, & etiam eos ibidem eo absente coram aliquo commemorari, cum indignatione Superioris.

Quintò. Auditos subditi defectus eo non interrogato, nec prius audito (credendo veros esse & merito delatos) subdito exprobrare, & quidem verbis asperis, & iram vultu, gestu, sono vocis spirantibus, & valde purgentibus. Eodem tempore mimari iracundè subdito dimissionem, & amotionem à studiis, vel dilationem Sacerdotij, vel Professionis, aut aliquid tale, quod subditi metuunt valde.

Sextò. Volenti subdito se purgare, non permittere vllam sui purgationem, sed silentium imponere.

Septimò. Subditum ad singula puncta in Instructione de reddendâ ratione conscientiae, in libro Regularum posita, dicentem, sarcasmo perstringere, & quasi irridere, dicendo ironicè hæc & similia verba: *O vos, estis sanctus: Ego non sum tam perfectus &c. idq; profert.*

ferre certo quodam voci tono, qui manifestè irrisio- nem, & sarcasum spirat, non laudationem, vel ani- mationem subdit.

Octavo. Labere subditum, ut in Superioris eiusdem rubrica disciplinam faciat, ob defectum tunc ei indica- tum.

Nono. Postquam subditus non dyfcultus, nec pro tali habitu in Communitate, sed bona fama, dixit, qua di- cenda habuit, de se, vel pro se, illi non credere, sed dicere ei, nulla existente probabili coniectura, quòd se non a- periturum sincere, & quòd habeat casus referuatos occul- tatos, eoz, id negante, dicere ei, quòd mentiatur, & quòd non sit alius, nisi ille, pro quo absoluen- do dederat licentiam Confessario Domus, ut quendam, etsi sibi non nominatum, ab eis absolueret; & sic subditum talia ne- gationem cum indignatione à se ablegare.

Decimo. Subdito, dum indicat Superiori defectum alterius (qui in illo domicilio palam existimatur esse ceteris charior Superiori, etsi non habeatur à Commu- nitate ceteris melior, & magis obseruans Regularum) non credere, sed statim exandescere contra deserentem illum alterius chari defectum, eumq, excusare, & defendere, cum magna verborum & gestuum vehe- mentia.

Vndecimo. Accepta ratione conscientie in solâ Cõ- fessione Sacramentali, expetit à subdito, & concessa à Superiore, exigere ab illo, ut aliquid (quòd antea non potuit rescire, notam sibi tamen, sed non notis sibi au- thores, & cooperatores facti) extra Confessionem de se, vel de alio dicat, quòd alioqui dicere non tenetur ad valorem Confessionis, & ad obtinendam absolutionem. Sed dum tantum id Superior exigit, ut rescita à subdi- to extra confessionem possit punire in foro exteriori de- linquentes.

Duodecimo. Reuelare delato, vel alteri eius nomen, qui aliquem Superiori detulit in tali casu, in quo non est necessarium ad emendationem manifestati à dese- rente defectus, deserentem nominare, & si is nominaretur graue odium, & inuidiam apud delatum, & ami- cos delati, incurreret.

Decimotertio. Post acceptam ab aliquo rationem conscientie, dicere alteri, de eo, qui eam reddidit: O be- ne illum laui. Recordabitur mei diu, docui illum mores, & his similia: ex quibus & is, qui talia audiuit, agno- scit subditum illum esse malè tractatum à Superiore in manifestatione conscientie: & timere potest, ne idem Superior de se dicat aliis similia, in simili occasio- ne.

Decimoquarto. Coram subdito in ratione conscien- tia dicere defectus alterius subditi, in talibus circum- stantiis, in quibus non est vlla necessitas illos ei dicendi, qualis esset, exempli gratia, ut se subtrahat à conuersa- tione cum tali, ne ab eo inficiatur, malis dictaminibus &c. sed merè id dicere quia habet Superior notam alii antipathiam cum altero illo subdito.

Decimoquinto. Laudare aliquid in subdito ratio- nem conscientie reddente, aliam tamen nationem, vel personam carpere, dicendo hec, & his similia verba: Placet mihi in vobis hac res N. bona est, nisi eam didi- cisset à tali natione N. vel à tali personâ N. tali vitio

N. laborante, nominando & defectum, v.g. politicâ, & personam, & nationem.

Decimosexto. Antiquos defectus, antea sufficienter à se, vel ab alio Superiore punitos, exprobrare aliam vti- litatem subdito ex hac exprobratione non allatuos, nisi ut magis confundatur, & plenus confusione abeat.

Respondit Pater Noster: Quid ad hoc quaesitum quo ad omnes suas partes respondendum sit, satis constat ex Instructione 11. de hac ipsa materia. Optima regula in hoc toto negotio est, ne quid omnino fiat, quo subditi à suâ aperiendâ conscientia deterreantur. At- qui omnes supradicti modi valdè deterrent ab aperiendâ conscientia.

Quasiui secundo. Quid respondendum est tali Superi- ori, si consilium hac in re petens, ostenderet necessariò adhibendos esse in exigendâ ratione eor, conscientie modos suprascriptos; tum quia dicit lenitate Superioris fieri deteriores subditos, tum quia aliis modis, ait, non posse promoueri tam amplè disciplinam Religiosam, nec iu- uari solidè subditos, & plenè.

Respondit ad hoc: Optimi iuuantorum subdi- torum modi sunt, qui maximè conformes sunt Spiritui Societatis, & mediis ab eâ præscriptis: curandūq, in- primis est, iuxta Reg. 33. Summarij, ut in spiritu amo- ris, & non cum perturbatione timoris procedatur.

Denique modus accipiendæ rationis con- scientiæ positus post Regulas Prouincialis, confir- mat meas doctrinas traditas hic de hac re. Sic enim ibi Prouincialibus præscribitur, & idem procul dubio ab aliis Superioribus seruân- dum est.

Eam (in accipiendâ ratione conscientie) sua- nitatem teneat, ut illa omnia non tanquam iudex exi- gere, sed ut benignus Pater ob subditi consolationem cognoscere, velle videatur. Et cap. 14. Regula Prouincialis 122. sic præscribitur: Post visitatum templum & sacristiam, ad visitationem persona- rum accedat, & curet, ut omnibus beneuolum se exhibeat, ne alicuius mentem subeat suspicio, quòd ob simi- stras aliquas informationes, minus hilarem vultum ipsis ostendat.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Resoluntur aliqua dubia circa exigendam rationem conscientie.

QVeres quartò. Quid sit faciendum Superio- 115
ri, qui nouit subditum, à quo accepturus est rationem conscientie, non daturum sincerâ conscientie rationem? Respondeo. Cum hanc noti- tiam Superior habeat de subdito, antequàm ab eo rationem conscientie accipiat (alioqui nõ sciret illum eam rem celaturum) multò antè debet cum subdito hac de re agere, eum exami- nando: & cum credat eum in ratione conscien- tiæ id celaturum, ante illam, eum conuincat de rei veritate, illis modis, quibus in variis materiis sæpè solent delinquentes examinari, & si ne- gent,

gent, conuinci, illis temporibus, quæ Superior toto anno habet quouis die: cum quando vult, possit, & debeat subditum alloqui iuxta reg. 26. Præpositi & 25. Rectoris. Non debet ergo reuicere talia, ad tempus rationis conscientia: tum vt citò subditum faciat agnoscere delictum, & se emendare, & si id meretur, puniat; tum quia Societas non vult per talia, reddi odiosam rationem conscientia:, sed vt ex eâ ita contenti discedant subditi, vt deinceps sæpè redire cupiant, cum sui sincerâ manifestatione, vt dicitur in Instr. 14. n. 2.

Queritur quintò. Quid faciendum Superiori, si ei constet subditum conspirasse cum suo cõplice ad manifestandum inuicem omnia, quæ alterutri dixerit Superior in ratione conscientia:, & vicissim, quæ reddens rationem conscientia: Superiori.

Respondeo, eodem modo quo ad præcedentem quaestionem, idque magis, quia talis conspiratio est causa sufficiens & grauis, quæ à Superiore tanquam à Iudice examinatur, & puniatur. Non debet ergo ea referuare ad tempus reddendæ rationis conscientia:, in quâ Superioribus à Societate est vetitum, ne tunc se gerant vt Iudices, sed tantum vt Patres, Instr. 14. num. 2.

Queritur sextò. Quid faciendum Superiori, si re ipsa deprehendat (vel per schedas occultas, sine licentiâ clandestinè missas, sine alio modo extra confessionem, & rationem conscientia:) aliquem mentitum esse in ratione conscientia:, & præmonuisse complicem hac de re ad cautelam eius, vt sibi eiusque rebus consulat, ne quis quicquam eorum patiarur &c?

Respondeo eodem modo, quo ad præcedentem quaestionem. Cum enim hæc literarum missio in tali materia sit grauis, perniciofa, & rescita extra rationem conscientia:, est materia sufficiens, vt Superior tanquam Iudex eam examinet, & pro meritis tractet. Non est ergo reuicenda ad tempus rationis conscientia:, sed ante vel post illam potius expedienda: quia in ratione conscientia: non debet Superior procedere vt Iudex, sed vt Pater, & quidem eo modo, vt subditus ex modo agendi Superioris in ratione conscientia: exigendâ exciteretur, ad non semel, aut iterum in anno, statis temporibus recurrentum ad Superiorem, sed frequenter, vt dicitur in Instr. 14. n. 2. pag. 80. 81. Quod non sequeretur, si tales materias Superior differret ad tempus rationis conscientia:.

Confirmantur primò, supradicta responsa. Vult Societas ita à Superioribus exigere rationem conscientia:, ne fiat odiosa, & ne ab ea abhorreant subditi. Hinc P. Claudius & P. Mutius vetant procedi ad dimissionem vllius, & ad dilationem Sacerdotij & graduum: etiamsi in ratione conscientia: rescirentur res dimissione dignæ, ac proinde etiam peccata infectiua, valde per-

niciofa Societati. Multò ergo minùs ratio conscientia: debet adhiberi ad has malas practicas tunc examinandas, & puniendas etiam verbis, quia cum id fieri possit alio tempore conuenientiùs, non debet reddi odiosa, & horrida exactio conscientia:, per rerum talium ad eam reiectarum tractationem.

Confirmantur secundò, eadem responsa, declaratione P. Claudij missa Anno 1594. P. Ottoni Eisenreich quâ monet, ne Superior exigens rationem conscientia: à subdito obligato ad aperiendos casus referuatos quicquam interroget, vigeatq; quò grauius sibi onus imponi subditus sentiat: & huius rei hanc solam causam assignat P. Claudius. Ne odiosa reddatur ipsa ratio conscientia:. Atqui minus malum est, hæc complicum conspiratio, quam casus referuati, elari, & infectiui, multò ergo magis abstinentum est Superiori, tempore rationis conscientia:, ab inquisitione talium practicarum malarum per schedas, vel alio modo rescitarum. Sed cum pro ratione conscientia: duæ horulæ toto anno sint assignatæ, pro odiolis verò examinibus, & punitiõibus tot centenæ horæ, per annum, concessæ Superioribus, non paternè procederent, si has res valde odiosas differrent ad tempus exigendæ rationis conscientia:, iudiciali tractatione dignas omninò, non paterno tantum, quo solo Superiores in ratione conscientia: vti tenentur.

Confirmantur tertio, à simili. Monuit P. Claudius: vt, si subditus sponte suâ ostendat se Superiori non esse affectum, & cum eo exposuisset, Superior, accipiens tunc rationem conscientia: exemplum ei dare debet suæ patientia: quoad commodius postea tempus datur paternè illum admonendi, eiq; satisfaciendi. Ad aliud ergo tempus reuicenda est tractatio de his conspirationibus ob eandem causam, ob quam Superior hic iubetur alio tempore satisfacere subdito, etsi male tunc se gerenti per expostulationem contra Superiorem. Imò magis odiosa redderetur ratio conscientia:, si tunc examinaretur illa conspiratio, quàm si Superior laceffitus iniquè à subdito, tunc eum paternè moneret. Quod tamen non esse faciendum ait P. Claudius in Resp. ad Prouerb. Pol. A 1597. num. 4.

Queritur septimò, si Superior exigens rationem conscientia:, inueniat in subdito causas dimissione dignas, potestne illum dimittere, vel procurare vt dimittatur? *Respondeo,* non posse, iuxta responsum P. Claudij suprà allatum numer. 103.

Queritur octauò. An ob similem aliquam causam dimissione dignam, rescitam tantum in ratione conscientia:, possit Superior talem subditum non promouere ad Professionem, vel vota Coadiutorum Formatorum, concessa à Generali, vel saltem ad Sacerdotium, tunc, quando alij condiscipuli promouendi sunt?

Respondeo, non posse id à Superiore fieri. Ita
decla.

declaravit mihi hoc anno P. Mutius Generalis in literis ad me datis hoc anno. 1640. 31. Martij quo anno ista scripti Glacij in Prouinciâ Bohemica.

Respondeo, inquit, subdito inuito, non posse, quia manifestatio conscientie ad hoc ordinatur, ut maiore cum diligentia amore, & sollicitudine inuari. & à periculis conseruari possint subditi, ut dicitur in Examine cap. 4. §. 34. Et in Instructione ad reddendam conscientiarationem: ideo, prohibentur Superiores in Ordine. cap. 1. n. 17. & Instruct. 12. num. 1. ea notitiâ se vri, ut subditorum animi offendantur, suscipianturq; se ob eam rem, aut notam aliquam, aut periculum adituros, ne minus commode à Superioribus tractentur. Quod si in aliquo casu dilatio hæc esset omnino necessaria ad præcauenda peccata (quod tamen non facile videtur posse contingere) teneretur subditi non solum in illam consentire, sed etiam petere, ut clarum est.

Quæstus secundus. An eandem solum ob causam idem possit alicui subdito prorogare, seu differre promotionem ad gradum Coadiutorum Formatorum, vel Professorum tunc quando vel alij. æquè antiqui, promoti sunt ad vltimum gradum Societatis, & in foro externo nihil tale statuitur, & appareat, ob quod aliis meritis videri possit dilata ab immediatis Superioribus promotio, alioqui in Vrbe, & ex Vrbe concessa.

Respondeo, negatiuè, ob eandem rationem. Hæc P. N. Mutius.

Quæritur nono. Cùm vnus & quidem præcipuus finis manifestandæ Superioribus Societatis conscientie propria sit, ut Superiores possint uti eâ notitiâ ad gubernationem, ut constat ex Constitutionibus, & docet Soarius, nihil vtilitatis adferret manifestatio conscientie, si Superior agnitis grauib; causis in eâ, ob quas quis nec ad gradum vltimum in Societate, nec ad Sacerdotium eo tempore mereretur promoveri, non posset illum non promouere, uti declaratum est à R. P. N. Generali Mutio anno. 1640. 31. Martij.

Respondeo, omnino præcipuum finem manifestationis conscientie esse, gubernationem bonam subditi, immò & bonum vniuersale Societatis, uti fuse ostendit in Opusculo de modo dandi rationem conscientie. 2. Respondeo ad Quæsitum primum nihilominus nec potest, nec debet Superior differre promotionem subditi, ad gradum vel Sacerdotium, ob causas ex solâ manifestatione conscientie cognitâ, ob quas si aliunde cognitæ essent teneretur eum non promouere. Causæ huius rei sunt hæc.

Prima. Quia sic iudicauit Præpositus Generalis. Declarationes autem Generalium, ut statutum est can. 21. Congr. 4. Generalis, valent ad præxim bonæ gubernationis.

Secunda. A maiore ad minus. Declarauit P. Claudius neminem posse dimitti ob ea, quæ ab ipsomet subdito rescita sunt in ratione conscientie, etiam extra confessionem factâ. Ita declarauit anno 1586. Prouinciali Lusitania, & anno

1587. 8. Maij Prouinciali Germania, & anno 1612. Prouinciali Polonia. Et quod maius est, etiam si quis extra rationem conscientie & confessionem suo Superiori sponte suum delictum dimissione dignum detulerit, non potest ob illud eo modo cognitum dimitti, nisi id ipse petierit. Ita respondit P. Mutius Prouinciali Lithuania Anno 1631. 22. Martij. Fundatur hæc vtraque declaratio, tum in canone supra citato 4. Congr. Generalis, tum maximè in Bullâ Iulij tertij, in quâ statutum est, Præpositum Generalem Societatis, ius habere & auctoritatem dubia, quæ esse possunt in nostro Instituto, declarandi. Hanc autem rem esse ex Substantialibus Instituto, declarauit 5. Congreg. General. Cùm ergo maioris momenti res sit, dimissio è Societate (sæpe necessaria ad præuenienda scandala, & infectiua aliorum, per quæ bonum Commune Societatis valdè læditur) quàm dilatio professionis, vel Sacerdotij, si illud fieri non potest, id est, dimissio; multò minus dilatio Professionis, & Sacerdotij, quo collato, benè potest aliis modis iuuari promotus, & gubernationi nil decedere.

Tertia causa. Cur hæc differri nec possint, nec debeant, est, quia ob id odiosa redderetur manifestatio conscientie. Hanc enim solam causam adfert P. Claudius in suo ad Prouincialem Germania Responso vetante dimissionem. Atqui etiam per dilationem gradus, & Sacerdotij redderetur odiosa, ergo differri non debet, nec potest ob res in solâ ratione conscientie intellectas.

Quarta causa. Quia sine dilatione gradus & Sacerdotij, potest prospici & bono subditi, & bono communi Societatis. Nam sola dilatio, subditum non tantum non faciet meliorem, sed peiorem; tum quia vel tentabitur vel exasperabitur ob eam, & postea nunquam se sincere aperiet. Quod ergo Superior faceret cum subdito malo, eo non promotus, ad gradum, & ad Sacerdotium pro eius bono, & Societatis, id faciat eum eo promotus. Nam eadem remedia ad meliorem eum faciendum, & præseruandum à malis, æquè proderunt promotus, ac non promotus. Sicut si ex ratione conscientie acceptâ à Professo, & Sacerdote antiquo, Superior veniret in cognitionem similib; rerum, (ob quas, si antea accidissent, indicasset eum non promouendum) adhiberet ei aliqua remedia, & suâ gubernatione vteretur liberè; ita eodem modo similia remedia adhibeat nondum promotus, iuuando eum illis, uti iuuaret promotum, promotionem autem non differat, sed ita promouendum iuuet, & bono communi prospiciat, sicut iuuaret similes ob causas, vel lapsus, promotum. Imò facilius acceptabit remedia, & auxilia Superioris, subditus nondum promotus, sed paulò post, suo tempore non dilato, promouendus, quàm pridem promotus, & de se plus ob gradum.

Decr. 18. pag. 409.

gradum vel Sacerdotium, vel antiquitatem præsumens, si in casus non promoti sit lapsus. Verè ergo dilatio professionis, & gradus non est necessària ad bonam gubernationem, nisi fortè ob pœnam, vt sic puniatur subditus dilatione illà. Atqui hoc non licet, vt toties dictum est.

Quinta causa est. Quia Superior in exigendâ ratione conscientie, non debet procedere vt Index, sed ita blandè & amanter debet excipere subditos, vt hæc ratio conscientie reddita, occasio fiat, non semel, aut iterum in anno statis temporibus ad eum recurrendi, sed frequenter eos aduendâ, vt præscriptum est instructione 14. n. 2. pag. 80. 81. Quòd si, siue in pœnam, siue non in pœnam, inuito subdito, differretur ei gradus vel sacerdotium, tantùm abest, vt rediret ad Superiorem, vt eum potius fugeret tanquam hostem, vt videmus fieri ab iis, qui semel durè & asperè sunt excepti in ratione conscientie, quam deinde nunquam talibus sincerè aperiri, imò & aliis non asperè procedentibus fidere non audent sua secretiora, iuxta illud: *Piscator ictus sapit.* Ea est humane miserie conditio. Quod enim ab vno Superiore passi sunt, timent, ne patiantur ab alio. Quam etiam ob causam nec Confessario in Confessione gratuita detegunt, dum eum habent pro duro & terribili, sed vel sacrilegè confitentur, vel alios queunt, de quorum paterno agendi modo sunt benè persuasi. Et hoc sapissimè, & ordinariè vbique contingere vidi, vbi sunt rigidi animarum Moderatores, Iudicis magis quàm Patris speciem præferentes, imò peiores Iudicibus, quia hi tranquillo animo debent contra reum suam ferre sententiam, non cum furia & bile.

Sexta causa est. Obligatus est Superior tenere tale secretum circa audita à subdito, ne alij id agnoscant, aut suspicentur aliquid mali esse rescriptum, dum illum viderit malè tractari postea, vt dicitur, & in Ordinationibus & in Instructionibus, & in Responsis Generalium. Atqui dilatio rerum supradictarum est non verbalis, sed realis reuelatio secreti: quilibet enim facillè ex hac dilatione agnosceret, saltem suspicabitur, aliquid rescivisse in ratione conscientie Superiorem, propter quod distulit subdito gradum: quando alioqui in foro externo nil tale in subdito ab aliis animaduertum sit, quod eam dilationem mereatur.

Septima causa. Vetitum est Superioribus, ne exigendo rationem conscientie, durè, & asperè, & iracundè tractent subditum, & ostendendo se credere eius accusatoribus, eique minati (vt paulò post ostendam in locis quæ citabo.) Atqui multò grauior est res, dilatio publica, omnibus admirationem patiens, gradus & sacerdotij, quàm Capitula iracunda Superioris, & minè verborum secretæ, ergo multò minùs ea licet differre, si in foro externo causa non sit ab iis

data, sed ex solâ ratione conscientie agnita.

Octaua causa. Præscriptis P. Claudius, ne, dum Superior exigit rationem conscientie, velit à subdito peccata sibi dici extra confessionem, quæ sunt materia confessionis, ne hac ratione confundatur subditus, & ne ea extra Confessionem rescita ab eo, impediant postea manifestationem rerum scitu necessariatum Superiori. Atqui hæc dilatio non minùs est apta impedire deinceps manifestationem sui in subditis: non debet ergo fieri.

Dices, hoc modo eneruabitur disciplina, Superior non poterit adhibere remedia, abutentur subditi beneuolentiæ Superioris, & suauitate, non se gerent vt filij, defectus non emendabuntur.

Respondeo. Per hos 50. annos, quos in Societate exegi, me obseruasse accuratissimè, in omnibus illis Societatis Domiciliis, in quibus Superiores paternè procedebant cum subditis, sine ira, sine minis, furorem magis quàm feruorem spirantibus, fuisse valdè bonam disciplinam religiosam. E contrario, vbi vidi Superiores despotice gubernantes, asperè, non suauiter, impetuose, vno verbo, non paternè, semper vidi & inquietissima Domicilia, & malam disciplinam. Nam despotice gubernantes non tantùm non componunt suos ad pacem, & obseruantiam regularum, sed magis exasperabunt, vt (vt hic dicitur) in *Trutz*, hoc est, in contemptum faciunt multa Superiori tali. Vnde solent dicere passim talium subditi: *Non procedit nobiscum vt Pater, nec nos eum tractamus vt filij.* Idèd in simplicitate exigenda est ratio conscientie, vt præscriptum est, & erit bona disciplina religiosa vbique, si Superiores seruabunt suas Regulas, & monita Generalium ac Ordinationes: præsertim si saltem æquè erunt solliciti in corde, de profectu suorum in spiritu, & si talem sollicitudinem ostendent in factis, qualem habent circa victum, vestitum, pagos, prædia, debita, fabricas; & si non erunt Procuratores sed Medici, non tanquam extraneos, sed tanquam proprios suos filios paruulos, sibi charissimos, curantes: tum vt, qui ægrotant citò sanentur, tum vt sani præseruentur à morbis.

Dices, etsi monitum illud de odiosis, & quæ correptione aliquâ indigent, ad aliud tempus reiciendis, videatur satis opportunum pro Superioribus localibus, tamen Provinciali non videtur practicabile, cum ille non nisi semel in anno veniat ad Collegium, quo tempore ordinariè rationem conscientie accipit: & si audita non dicat, inutilis erit ratio conscientie, & disciplina non promouebitur.

Respondeo, magis esse practicabile Provincialibus, quàm Superioribus localibus, ne tempore rationis conscientie odiosa ab aliis audita, dicant reddenti rationem conscientie. *Primo,* quia Provinciales paternè gubernantes, nec de-

debent, nec solent, defectus antiquos punitos, & emendatos à Superioribus localibus, exprobrare, vel commemorare subdito; alioqui & Superiorem localem ei reddunt, vel aliquem alium exosum, quod de punitis defectibus nonnam procuret vindictam, vel pœnam, scilicet Prouincialis monitionem, vel reprehensionem, quam magis sentiunt, quàm præteritas pœnitentias datas pro defectibus: quod ne quidem Iudici licet, vt bis puniat vnum scelus, antea sufficienter punitum ab alio. Ideo si antiquos defectus non exprobrat, non habebit materiam magnam rerum odiosarum, sed eam tantum, quam ipse subditus reddens rationem conscientie adferet, quam adferere non agrè feret, si monebitur eo modo, quo est præscriptum, scilicet tanquam à Patre *amanter, blande, & suauiter*, non peius, quàm à Iudice, asperè & durè: quia hoc nec Iudici licet, dum condemnat reum cum furâ, & irâ, sed placidè & sine commoto animo.

Secundò. Quia etsi non, & multi defectus ignoti Superioribus localibus Prouinciali de aliis dicerentur, potest illos ad finem visitationis (vti mos est in Prouinciis benè ordinatis) reuicere, & tempore rationis conscientie tantum illos paternè & more Medici (qui non fuit præscribendo remedia, & inurendo cauterium) corrigere, quos ipse subditus de se dicit. Quod si ille peccet tunc sibi dici defectus, ab aliis relatos, etiam tunc ei dicere potest, (nam volenti & peccanti non fit iniuria,) nec offendetur, si ei dicantur à Superiore tanquam à Patre & Medico, *amanter, blande, & suauiter*, non tanquam à Iudice malo (nam etiam bonus Iudex, vti data operâ id sæpe inculco, non debet irasci dum fert sententiam,) & permittendo, vt se excuset, & ostendendo se non credere accusatoribus: quod est præscriptum Superioribus, etiam aliarum Religionum à Sanctis. Nostris verò etiam extra tempus rationis conscientie, id est præscriptum. Vti clarè apparet ex Instructione datâ Superioribus A. 1604. c. 1. pag. 17. & Indust. c. 2. nu. 2. & 4. pag. 14. 15. 20. Et c. 14. Indust. nu. 3. & in Epist. P. Claudij ad Superiores pag. 103.

Ad hæc amouenda incommoda supra commemorata, prudenter quidam Prouinciales dū Domicilia visitant, ratione visitationis ter alloquantur singulos. *Primò*, interrogant de statu Domicilij & personarum: an aliquid occurrat imprimis emendandum in aliquâ personâ domesticâ, vel templo, vel scholis, vel domi, vel in prædijs, vel in missionibus vicinis. Et tunc adscripto nomine eius, qui aliquid de altero dixit, annotant in aliquo libro, vel chartâ, quod supra dixeram, non faciendum tempore rationis conscientie.

Postquam sic omnes allocuti fuerint, tunc primum secundâ vice à singulis exigunt rationem solam conscientie: nil aliud, & tunc inqui-

runt, an re aliquâ indigeant, aut letamine aliquo opus habeat in laboribus; & prouident, prout opus est.

Tertiâ vice post factas Consultationes cum Superiore, & Consultoribus de rebus præcipuis, si quæ erunt consultandæ, & examinatis benè rebus in primo alloquio auditis, vocant singulos illos, qui monendi sunt de re aliquâ, & iis prius interrogatis, an ita se habeant, quæ de iis audierunt, dicunt paternè, quæ dicenda putant pro eorum bono, eo modo, què à P. Clau-
dio commendatum supra posui.

Quod si iidem etiam habeant aliqua laude digna, prius, antequam cum iis de defectibus eorum agant, illos laudant, agunt gratias pro laboribus, animant, donant etiam aliquid, si id expediat pro catechismis, vel pro præmijs diligentiorum Scholasticorum donandum: & tum demum tractant paternè de defectibus eorum emendandis, eo modo, qui supra declaratus est, & à se dimitunt contentos, vsque adeò, vt obferuarim in illis Prouincijs, quibus paternè exigitur ratio conscientie, subditos remanere tristes, dum Prouinciales virgente aliqua causa coacti discedere, non visitatis omnibus, aliquos ad se non vocarunt ad reddendam rationem conscientie. Quod manifestum signum est, tales Superiores eo modo exigere solitos fuisse rationem conscientie, qui præscriptus est à Societate, & à me supra explicatus: alioqui quando non vocati sunt ad reddendam rationem conscientie à Superioribus durè & asperè illam exigere solitis, vehementer letantur. Quod ipsum certissimum argumentum est, eos non exigere eam eo modo, qui à Societate, & S. Fundatore præscriptus est, siquidem ex eo modo, vt supra vidimus, sequi solet, vt subditi *extra stata etiam tempora frequenter ad Superiores recurrant*, cum sui manifestatione, cum quâ à duris Superioribus fugiunt subditi, & quantum fieri potest, etiam occursum eorum, & aspectum declinant.

Quid iugum vestrum, inquit S. Bernardus, Superiores duros alloquens, *super eos aggravatis, quorum potius onera portare debetis: Cur morsus à serpente paruulus, fugit conscientiam Sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat tanquam ad sinum recurrere matris*: E contrario verò, cum prioribus illis ita confidenter agunt, vt si contingat aliquem subditum labi in casum aliquem reservatum, per se ei extra rationem conscientie libenter deregat, scientes se eum in sinu amabilissimi Patris depositurum, & viscera misericordie in eius ore, & pectore inuenturum: sicut apud Christum inuenit Magdalena, & mulier in adulterio prehensa, & latro in cruce, etsi paulò antè (putant aliqui Patres, & videtur colligi ex Evangelio b.) ei ambo *improperauerim, & conuicti sum eum*.

Dices, videri politicum esse modum agendi, si Superior subditi correcturus defectus, eum prius

Instr. 14.
n. 2. pag.
80. 81.

116.

f. 23. in

Can.

a. Orig.

et. 35. in

Math.

Hil. c. 13.

in Matth.

Amb. l. 10.

in Luc.

Chryl. h.

21. in Ro.

in mor. &

88. in

Math.

Hier. ep.

148.

Athan. f.

de pass. &

cruce.

Dom.

Prosp.

côt. Col.

lac. c. 14.

6. Matth.
27. 44.
Marci 15,
32.

prius laudet, & hoc artificio sibi eius benevolentiam conciliet: qui modus agendi politicè, videtur alienus à religiosa simplicitate.

Respondet, adferendo præclarum dictam R. P. Mutij, quod in septimâ Congregatione Generali audiui, ex sapientissimo eius ore profectum, quo quendam Professum siculum indiscretum, & crudis ac agrestibus imbutum moribus, paternè redarguit, cum suauitatem in agendo cū subditis Superiorum quorundam, appellasset politicam. Dixit enim ei, duplicem esse politicam, quandam perniciosam, quam mundi homines dolis, & fraudibus, & astutiâ pleni, ad fines merè humanos, vel etiam perniciosos insyncerè, aliud in corde, aliud in ore habendo, per media dolosa adhibent; aliam verò esse spiritualesm cælestem & diuinam. Et talis est hæc, quâ suadetur conciliatio benevolentia subditi, per laudes, per munuscula, per alia benevolentia Superioris argumenta. Hoc ita esse primò patet: quia hoc ipsum apertè docuit R. P. Claudius, noster sapientissimus Præpositus Generalis, qui laudationem subditi, etiam non optimi, immò & suspecti, suadet Superioribus, dum illi habent aliqua laude digna.

Industr.
c. 14. n. 12.
13. & n. 4.

Cl n. 13.
epist.
Gr. l. 2. 4.
mor. c. 9.
1. Cor. 1.
56. 7.

Secundò. Quia R. P. Claudius suam confirmat monitum doctrinâ S. Gregorij, imò verò Spiritus S. traditâ per Apostolum, citatum à S. Gregorio: Nihil præmittat Superior, inquit P. Claudius, per se, & per alios idoneos, quod ad eximendas suspiciones, & gignendam amoris sui opinionem facere possit: certus, nisi hoc fecerit, nulla medicamentorum genera profutura: meminertis, sententia Dni Gregorij, quam sanctus ille Pater, & ex longâ experientia didicerat, & ex sacris literis, exemplo confirmat Apostoli: qui obiurgaturus grauius Corinthios, ita eos antè laudauit, ut post plurimas laudes intulerit; ita ut nihil nobis desit in vllâ gratiâ. Sed ut sanctus hic ait, prius superbiorum brachia studuit per blandimentorum vincula religare, ut postmodum potuisset vulnus superbia, ferro correctionis incidere. Erant profectò in Corinthiis, & que laudari debuissent, erant & qua argui. Peritius itaque Medicus, prius sana membra, quæ circa vulnus erant, laudando palpauit, & postmodum putridum sinum vulneris feriendo transfixit. Hactenus S. Gregorius & P. Claudius.

1. Cor. 1.
7.

Addo ego in confirmationem huius rei, duo alia testimonia, ut appareat, talem Superiorum agendi modum cum subditis, non esse natum ex detestandâ mundanâ politicâ, sed ex cælesti, ab ipso Deo docente nos per Scripturam, deriuatum.

3. p. past.
Adm. 9.

Primò incipiam à S. Gregorio alibi hoc ipsum ex professo tractante, dum tradit modum Ecclesiasticis Pastoribus, subditos tractandi: Plerumque, inquit, vilius apud illos (subditos) proficimus, si & eorum benè gesta memoramus, & si quæ ab eis inordinatè gesta sunt, non iam tanquam perpetrata corripimus, sed quasi adhuc, ne perpetrari debeant prohibemus, ut & illa qua approbamus, illatus fauor

(scilicet laudatio subditi) augeat, & contra, ea quæ reprehendimus, magis apud pusillanimes exhortatio verè recunda conualecat. Vnde idem Paulus cum Thessalonicenses in acceptâ prædicatione perdurantes, quasi de vicino mundi termino, quadam cognosceret pusillanimitate turbatos, prius in eis, qua sortita proficit, laudat, & cautè monendo, postmodum, qua infirma sunt roborat. Ait enim: Gratias agere debemus Deo semper pro vobis Fratres, ita ut dignum est, quoniam super crescit fides vestra, & abundat charitas vnuscuiusque vestrum inuicem, ita, ut & vos ipsi in vobis gloriemur, in Ecclesiis Dei pro patientiâ vestrà & fide. Et cum blanda hæc vita eorum præconia præmississet, paulò post subdit dicens: Rogamus autem vos Fratres (notet Lector, nil iracundè, nil imperiosè, ab Apostolo dici, sed rogantis more, non præcipientis) Rogamus, inquit, vos Fratres, (blanda appellatio: non vocat filios, etsi posset tanquam eorum Superior, sed ac si esset æqualis, Fratres) per aduentum Domini nostri Iesu Christi (non per minas excommunicationis) & nostra Congregationis in id ipsum, ut non citò moueamini à vestro sensu, neque terremini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi inisset dies Domini. Egit enim verus Doctor, ut prius audirent laudati, quod recognoscerent, & postmodum, quod exhortati sequerentur: quatenus eorum mentem, ne commotio subiuncta concuteret, laus præmissa solidaret: & qui commotos eos vicini finis suffusione cognouerat, non iam redarguebat morbos, sed quasi transacta nesciens (ecce cælestis politica) adhuc commoueri prohibebat. Non est ergo mundana politica, tali artificio ex charitate syncerâ, non fucata, non duplici, orto, subditos sibi reddere beneuolos. Sed modus contrarius, olet nouercale cor, & barbarum, vel certè rusticum, ne dicam tyrannicum, à Sanctis damnatum.

Secundum testimonium Gregoriano antiquius est S. Chrysoctomi, qui hoc ipsum pluribus in locis adhuc ingentiosus obseruauit in epistolis S. Pauli Apostoli, immediate à Spiritu sancto ei dictatis (vti nos fides Catholica docet) proinde indicantibus hanc politicam & hæc artificia à Spiritu sancto, nos ea docente, nobis esse ad imitandum proposita: siquidem idem Spiritus sanctus dictauit S. Petro & Paulo Apostolo, aliquot in locis eorum vt imitemur, in suauitate agendi & imperandi subditis, supra ponderatâ cap. 2. & in eorum expressa epistolis 1. Petr. 2. 11. Rom. 12. 1. 1. Cor. 1. 10. & c. 4. 16. & c. 11. 1. & cap. 16. 15. 16. Gal. 6. 1. Philip. 3. 17. Ephes. 4. 1. ad Philemonem versu 8.

Non est ergo politica mundana, sed cælestis, ab ipso Deo vtitata, & nobis ad imitationem proposita, vt laudibus, & beneficiis, & aliis honestis modis, animos aliorum deuinciamus nobis, antequam eis aliquid proponamus, amore proprio inspidum, vt est correctio defectuum, vel sola eorum indicatio.

CAP.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Satisfit aliis dubitationibus circa exigendam rationem conscientia.

Quæres, quæ sit illa politica agendi ratio, quâ vitare debemus? Respondeo, eam sitam esse & cognosci posse in tribus, in principio, medio, & fine malo.

Si enim procedat ex principio malo, damnanda est. Principium malum est multiplex, vel malevolentia, vel astutia, vel dolus, aut fraus, & simulatio profecta ex insinceritate & versutiâ. Talis laus erat discipulorum Pharisæorum, misistorum à Pharisæis ad Christum, ut caperent eum in sermone. Magister scimus, quia verax es, & viâ Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, nō enim respicis personam hominum: dic ergo nobis, licet censum dare Caesar, an non? Tributum enim iam soluebant, inquit S. Chrylостomus, cum res eorum ad Romanorum manus transisset, quoniam igitur viderunt Theodam & Iudam hoc de causâ quasi seditiosos introisse, his verbis etiam ipsum in similem suspicionem incidere conabantur, mittunt itaque discipulos suos cum militibus: Herodas sic interrogatur, ut vtrinque prærupta præcipua laterent, & quicquid responderit, præcipua ruit. Herodianos autem simul acceperunt, ut si pro eis responsum ipsius faceret, ipsi crimarentur; sin verò pro ipsis, Herodiani continuo accusarent. Idem S. Lucas missos à Pharisæis appellat, insidiatores, qui se infestos simularent, ut caperent eum in sermone, ut tradiderent illum principibus, & potestati Præsidis. In quo facto detestandum est artificium politicum, tū quia ex malevolâ simulatione & astutiâ, tanquâ ex principio, ortum habuit, tum quia pro medio adhibuerunt insinceram adulationem, aliud in corde iudicium habentes de Christo, aliud in ore, tum quia finis huius legationis erat, Christi, perniciem ab illis exoptata, ut posset tanquam seditiosus ab Herode damnari.

Quocirca & in Religioso statu, illi politicâ damnabili vtuntur, qui, vel ut noceant alteri, vel ut sibi profint, vanè aspirando ad aliquod commodum, vel honorem, prensant gratiam alicuius, eique adulantur, vel sine adulatione susurrant, referendo dicta aliorum contra ipsos, & astute ac simulatoriè conantur aliqua, quasi aliud agendo, explicari, & more venantium ferarum, suorum affectuum obiecta assequi. Quod à vitis Sanctis esse debet & solet alienissimum. Hinc S. Ambrosius, Nullum, inquit, inuenimus diuinarum in serie Scripturarum, de venatoribus istum. Profectò tota ratio, & studium venatoris in calliditatibus ac dolis versatur. & ex iisdem maximè pendet. Indagat primò feram subdolo silentio, hac illac excurrans: deinde inuentam persequitur, eò fugientem deducit, ut de-

Lancij Opus. Tom. 2.

trudat confringatque in barathrum. Hos imitantur callidè & insincerè procedentes, aliqd habentes in ore, aliud in corde: aliter loquentes præfenti, contrarium verò coram aliis de absente. Hæc est detestanda politica. Quæ multò magis Superiores dedecet, qui cum habeant ius in suos apertè, & sine legationibus istis Pharisæis, debent exquirere veritatem, non per eunuculos insynceros res indagando, sed syncerè & apertè. Sic enim, & certius res assequuntur, & non incurrunt suspicionem, vel potius opinionem hominum astutorum, dolo, & simulatione odiosa suorum dicta vel facta inuestigantium. Quamobrem qui tales agnoscunt esse Superiores, nunquam eis fidunt, & non mirum, quia id non merentur, dum non sicut Patres, sed sicut Fiscales procedunt, contra leges simplicitatis, quæ maximè etiam in Superiori enitere debet, & astutiæ ac dolis aduersatur, vii & suspicionibus, etiam Ciceronis iudicio, qui simplices, & apertos, nihil ex occulto, nihil ex insidiis agere putat, quippe veritatis cultores, (quæ simulationem horret) & fraudis inimicos, versutos verò & callidos quiduis perperit, cuius deseruire, dum quod velint consequantur. Idem ut idem alibi dicit, talibus non haberi fidem, in quibus est fraudis suspicio, quò enim quis versutior, & callidior est, hoc inuisior & suspectior. præsertim, si habens aliquid contra alterum, celet, & interrogatus taceat. Hoc enim celandi genus, inquit idem alio loco, non aperti hominis est, non simplici, non ingenui, non viri boni: versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Adde ego, Ios. 9. Gabaonitarum hæredis, qui Iosue, & populum Dei astu deceperunt. Iosue, inquit S. Ambrosius, eisd credidit, aded sancta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in Sanctis, qui ceteros de suo affectu estimant, & quia ipsi amica est veritas, mentiri neminem putant: fallere quid sit, ignorant: libenter credunt, quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere, quod non sunt. Sicut autem ex corde astuto & duplici, profecta suspicio nocet aliis, auerit alios, fidem deregat, etiam Superioribus, si politicâ mundanâ vtantur, contrariâ simplicitati; sic è contrario simplicitas, suâ puritate, ac synceritate, ut ait S. Ambrosius, semina quadam auribus nostris utilitatis infundit, (talium enim consilij creditur) & bonæ doctrinam virtutis: & ad iustitiam prouocat, & inuitat ad premium bonæ, sibi commissum (subditum) discipline: aut gerenda penitentia (si meretur poenam ob culpam ei syncerè & paternè detestam) & sequenda conuersationis (scilicet confidentiæ habendæ cum Superiore syncero) cupiditatem inicit peccatori. Multò autem magis eam in bonis subditis parit, si parit in dycolis poenâ pro meritis.

Hæc sunt, quæ mihi visa sunt omnino necessaria Superiori, ut eam subditi ament, ut ei obedi-

1. Offic.

1.2. Offic.

1.3. Offic.

1. de Arcâ & Noe. cap. 19.



diant, & vt ei se subditi, suaque omnia sincere aperiant.

ep 14 ad
heacr.

Quæ si seruaerint, assequentur id, quod in S. Seuero Sulpitio laudat S. Paulinus, Domestico-
rum eius mentionem faciens, vt pueris suis illos Deus idem faciat. quod ipse cunctis est, vt eos, & quasi Dominos reuerentur, & quasi Patres diligant.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

De Conditionibus boni, & mali Medici.

Quod si querat aliquis primò quæ signa sint imperiti, & insufficientis Medici, cui curatio aliorum tutè committi nequeat.

in Pf. 61.

Respondeo, primum signum esse, si morbum curet non euulla prius morbi radice, quæ reli-
ctâ, sanum corpus non erit, morbo semper ex eâ excrecente. Pulchrè hoc de Spirituali & corporali Medico sic docet S. Ambrosius: Quia per inobedientium culpa irrepserat, dum mandata Diuina temerantur, obedientiam vitique præ ceteris debuit reformare, vt seminarium erroris excluderet. Fibra enim inde manuerat, & idè sicut bonus Medicus radices prius vlceris debuit amputare, vt medicamentorum salubre remedium, vulneris ora sentirent. Frustrâ enim cicatricem curaueris, si serpent interiora contagiâ: imò acerbatur vulnus, si foris clauditur, cum interius vulnus exaestuat. Nam quid proderat donasse peccatum, si peccandi maneret affectus? Hoc erat non sanare cicatricem, sed claudere. Idè primum omnium Spiritualibus Medicis curandum est, vt affectus, & vehementes inclinationes, ac prauis peccatorum habitus euellantur, iis modis, qui præscribuntur à Sanctis. Atque hæc est è caulis vna & quidem præcipua, cur multi Nouitij, vix è Nouitiatu egressi, statim dissoluantur, & irreligiosè viuant, quia non benè penetrarunt in Nouitiatu, quàm graue malum sit minimum peccatum veniale, & quàm perniciosum impedimentum sit ad perfectionem, violationes paruorum regularum. Hæ sunt enim radices duæ omnium nostrorum malorum, & vitæ liberæ ac dissolutæ. Idè sapientissimus Medicus S. P. N. Ignatius, in primâ hebdomadâ tot remedia præscripsit in Exercitiis, contra peccata, & in toto libro Exercitiorum ad nullum alium morbum sanandum tot antidota, & tam efficacia reliquit; quia volebat omnium malorum, & morborum radicem funditus euellere: Idè tanquam medicinæ exordium præscripsit sapientissimus & expertus Medicus, primò ponderationem finis, qui solus benè penetratus, potest hominè red-
dere statim sanctum, Deo iuuante: vt apparuit in Virgine illâ sanctâ, Mariâ Bonauenturâ, quæ in secundâ Meditatione de fine, ita conuersa est, vt ab eo puncto vitam egerit sanctissimam, constanter ad mortem canonizatione dignissimam. Idem in tot aliis in Hispaniâ & Italia

compertum est. Secundò, tot Meditationes de peccatis, & repetitiones de iisdem, S. Pater proposuit. Tertio, Examina varia. Quarto, Confessiones. Quintò, alias meditationes de inferno &c. Hinc ergo curatio spiritualis inchoanda. Nam sicut duo sunt officia Medicinæ, inquit S. Prosper, vnum quo sanatur infirmitas, aliud quo custoditur sanitas; ita duo sunt dona gratiæ, vnum quod auferit cupiditatem, aliud, quod facit animi perseuerare virtutem. Ad hæc autem dona gratiæ, cooperari debet Medicus, vt primò circa euulsionem cupiditatis peccatorum, & imperfectionum, tanquam radicem, laboret; tum circa acquisitionem virtutum, iuxta illud Psalmi; Declina à malo, & fac bonum. Mos est Medicorum, inquit S. Chrysostomus, vt non prius morbos abigant, quàm eorum fontes ocludant: Exempli causa, cum à prauo humore & corruptâ fluxione instentur oculi, medicus omittens pupillam agrum curare, capitis curam gerit, vbi radix & fons erat egritudinis: ita quoque Christus curaturus paralyticum peccatum demissum, prius malorum fontem reprimit. Fons quidem malorum & radix, & mater est omnium natura peccati: illud ait: Confide fili, dimittuntur peccata tua, & illud ait: Ecce sanus factus es, noli amplius peccare.

Secundum signum est mali Medici, si membra putrida, alia quoque putrefacientia non ab-
scindat. Ignem, inquit S. Gregorius Nazianzenus, interdum, & ferrum, asperioraq; medicamenta Medicus adhibebit, quæ etsi perquam molesta esse videantur, nihil tamen eorum perinde arduum, atque difficile est, atque mores, & affectum medicari. Idè perniciosi sunt Communitati, illi Spirituum Medici, qui non efficiunt è Societate infectuos aliorum, stultâ commiseratione ducti; & quod peius est, si duos eodem morbo laborantes, in eodem Domicilio collocent. Deplorauimus non semel talem conuenientiam quorundam Medicorum, quæ hæc ratione & palam, & per occultas schedas multis irremediabiliter nocuit, & malum sic propagatum occultè, ad multos annos durat, nec apparet: & semper tanquam occultum carcinoma, etiam sana membra occultè depascit. Quod sanè non leue malum est. Nam, vt scribit S. Gregorius Papa, Si medicinalis artis minima ignari, secundum vlceri ceruerent, & tamen secare recusarent, profectò peccatum fraternæ mortis ex solo torpore committerent. Quanta ergo culpâ inuoluantur, aspiciant, qui, dum cognoscunt vulnè a mentium, curare negligunt ea, sectione verborum (multò magis separatione ab aliis, ne alios inficiant.) Vnde & benè per Prophetam dicitur: Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. Gladium quippe à sanguine prohibere, est, predicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere. De quo gladio rursum dicitur: Et gladius meus manducabit carnes. Et subdit, tales, talem cum sententiâ damnationis amittere. Quod si omisso correctionis verborum dam-

damnabilis est, quanto magis factorum, dum ab aliis non separantur, etiam domicilio, non solo cubiculo, perniciosis moribus, vel dictaminibus imbuti.

Quocirca Sacrum Concilium Tridentinum inter monita Superioribus Ecclesiasticis data, haec quoque praescripsit: Diligentis & pij simul Pastoris officium est, morbis quibus leuia primum adhibere fomenta; post, ubi morbi grauias ita possidet, ad aciora & grauiora remedia descendere: suam autem, ne ea quidem proficiant, illis subiacendis, ceteras saltem oves a contagionis periculo liberare.

Tertium, si omnes morbos, & omnes infirmos vna, eademque medicina, vno eodemque modo curet. Non omne vulnus, inquit S. Ignatius Mart. emplastro curatur, vehementiores morbi accessiones, infusationibus feda. Et S. Chrysostomus: Medicus se penumero multa contraria facit, sed non contraria ratione, imo eadem & conueniente. Sape enim vit, & non vit; secat & non secat, vnum & idem corpus: nunc amara, nunc dulcia pharmaca adhibendum offert. Et facit quidem contraria, sed simili ratione, atque eadem. Vnum enim finem spectat, nimirum agi sanitatem. Idem alio in loco: Nec exhortatione, ac consilio indigent cuncta peccata, sed sunt, quae breui & celeritima solent sectione curari. Et quemadmodum inter vulnera, quae tolerabiliora sunt, lenioribus cedunt medicamentis, quae verò putrescenda sunt, & incurabilia, quae, reliquum corpus depascuntur, acumine ferri, flammaeque indigent, sic nimirum & inter peccata, erga quaedam, prolixiore cohortatione opus est, caetera durioribus sunt reprehensionibus castiganda. Proprietate iussit quoque Paulus non in omnibus cohortatione ne vit, sed & increpare dure, sic dicens: Quam ob causam increpa illos dure. Nam, vt S. Gregorius Nazianzenus citatus à S. Gregorio Papa, idem asserente, ait, non vna eademque, cunctis exhortatio congruit, quia non cunctos par morum, qualitas astringit. Sape namque alii offiunt, quae alii proficiunt. Et medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit: & parui, qui vitam sortium roborat, paruularum necat: Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo Doctorum, vt & sua singulis congruant, & tamen a communis adificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intente mentes auditorum, nisi, vt ita dixerim, quaedam in cithara tensiones strata chordarum, quas tangendi artifex, vt non sibi imit ipsi distimile canticum faciant, distimiliter pulsat. Et idcirco libere consonam modulationem reddunt: quia vno quidem plectro, sed non vno impulsu feruntur. Vnde & Doctor quisque, vt in vna cunctos virtute charitatis adificet, ex vna doctrina, non vna eademque, exhortatione corda tangere audientium debet.

S. Clemens Papa inter Apostolorum monita refert etiam hoc: Tu vti clemens medicus, peccatores omnes cura, vtens accommodatis ad salutem medicamentis, non modo secando, vrendo, nouaculam adhibendo, sed etiam alligando, exsecando, iniiciendo melancij Oplis. Tom. 2.

dicamenta lenia, cicatricem obducendo, emolliendo sermionibus consolatoriis. Si vulnus altum fuerit, reficito suauis unguento, vt repletum reliquis partibus aequetur. Si fordes collegerit, nouacula perpurgato, hoc est, sermone ad incidendum idoneo. Si intumuerit, id acri colliro complanato, hoc est, iudicij nimis. Si serpat, cauterio cohibeto, taberniq; excidito ieiunij acrimonia. Quod si haec feceris, viderisq; a pedibus vsque ad caput non prodesse fomenta: Non oleum, non fascias, sed serpere tabem, superareq; omnem medicinam, veluti cancrum omnia membra excedentem; tunc re multum considerata ac deliberata, adhibitisque aliis peritis medicis, tabidum membrum abscondito, ne totum Ecclesia corpus contabescat. Noli igitur esse facilis ad abscondendum, neque citò ad dentatam ferram curras, sed primum vitaris cultello, abscessum diuidens, vt causa qua dolorem faciebat expulsa, corpus sine dolore conseruet. Quid si aliquem impenitentem, atque obduratum videris, tunc cum tristitia & luctu medicinam respuentem, ab Ecclesia absconde. Tollite enim malum de vobis, & timoratos facite filios Israel. Et rursum: Non accipies personam diuitis in iudicio, & pauperis non misereberis in iudicio: quoniam iudicium Domini est.

Hinc S. Gregorius copiose ostendit, toto illo libro in 36. capitulis, aliter esse admonendos iuuenes, aliter senes, aliter letos, aliter tristes: aliter subditos, aliter Pralatos, aliter sapientes, aliter hebetes: aliter impudentes, aliter verecundos, aliter proteruos, aliter pusillanimes; aliter impatientes, aliter patientes; aliter beneuolos, aliter inuidos; aliter simplices, aliter impios; aliter incolumes, aliter egros; aliter eos, qui flagella metuunt, & idem innocenti ex viuunt, aliter qui sic iniquitatibus duruerunt, vt neque per flagella corrigantur; aliter nimis tacitos; aliter multiloquio vacantes; aliter pigros; aliter precipites; aliter mansuetos, aliter iracundos; aliter humiles; aliter elatos; aliter pertinaces, aliter inconstantes; aliter gula deditos, aliter abstinentes; aliter pacatos; aliter discordes; aliter seminantes iurgia, aliter pacificos; aliter peccatorum carnis conscios; aliter ignaros; aliter eos, qui admissa deplangunt, nec tamen deserunt, aliter qui deserunt nec tamen plangunt; aliter, qui illicita, quae faciunt etiam laudant; aliter, qui accusant praua, nec tamen deuitant: aliter qui concupiscentia rapinam sperantur, aliter, qui in culpa ex consilio ligantur; aliter, qui, licet minima, illicita tamen faciunt; aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauioribus demerguntur; aliter, qui bona nec inchoant, aliter, qui inchoant, minime consummant; aliter, qui mala occulte agunt, & bona publice; aliter, qui bona, quae faciunt, abscondunt, & tamen quibusdam factis publice, male de se opinari permittunt. Docetque tota illa parte sui Pastoralis, quomodo singulorum morbi curandi sunt diuersis admonitionibus, & doctrinis; quae sanè ex Virgilio, Cicero, & Aristotele, ac Suario, peti non possunt. Merito ergo S. P. N. Ignatius, vt in eius vita scribit Ribadencya, vi. 1. c. 10, superabat Gubernatores aliorum, & Magistros, qui in

121. 3. p. Past.

122. 1. c. 10.



Spirituale vitâ ceteros omnes ex se metirentur, & ad eandem, quam vilem ipsi sibi experirentur, viuendi, orandis rationem reuocarent. Hoc periculosum valdè dicebat esse, & hominis multiformis gratia Dei dona, variâq; Spiritus Sancti distributiones, ignorantis. Ideo gubernandi alios regendis, prouinciam vix vlli tradebat, cuius spectata virtus, diuq; probata antea non fuisset. Et sanandis morbis, qui iidem videbantur omnino, diuersas, interdum etiam aduersas, & contrarias adhibebat medicinas. Nam alium blandè curabat, ac suauiter, durè alium & seuerè: exitus tamen ostendebat, semper eam curationem fuisse cuique adhibitam, quæ optima cuique esset, & accommodatissima. Hæc & plura alia præclara, in citato capite narrat Ribadeneyra, valdè digna lectu pro spiritali regimine aliorum.

123. *Quantum signum insufficientis Medici est, si semper amaris medicinis, vel sectione venæ, vel inultione ignea curet omnes infirmos. Verum quidem est, quod ait B. Laurentius Iustinianus, esse nunnullos, qui magis aspera iniectionibus, quam dulcibus verbis emendantur, talibusq; dura, & fortis increpatio proferenda est, semper tamen erga illos compassio seruetur in corde. Et exemplo S. Ignatii, ablit acrimonia verborum, conuitia magis, quam monita spirans, & commotione animi, non feruore zeli, sed furore iracundiæ æstuantis. Ordinarie tamen, vt ibidem idem Sanctus, docet Christo mandante frater blandè, & dulciter corripendus est, nam mollibus potius quam duris sermonibus compungitur animus delinquentis.*

Hinc Ioannes Auila, vir sanctus & Apostolicus in Prouinciâ Beticâ Concionator, multorum eximiorum virorum in Spiritu Magister, inter alios celeberrimi illius Ludouici Granatenfis tot spiritalium librorum æternâ memoriâ & lectione dignorum scriptoris cum S. P. N. Ignatio mitteret; Gasparem Loartem & Didacum Gufmanum Societatem ingressuros, eorumque talenta describeret, & modum quo eos in Spiritu rexerit sic scripserit Cordubæ An. 1554. 27. Iulij. Ego illos educaui suauiter, imitando modum, quo Dominus illos educauit. Et hunc credo ei placere, quia qui potest proficere suauitate Euangelij, non conuenit illi austeritas Legis: & amor, quem à Domino receperunt, facit illos capaces, vt illi seruiant cum amore, vt iplemet optat.

l. 3. epist.
320.

Docuit hoc multè antè S. Isidorus Pelusiota, S. Chryostomi Discipulus, Monachorum Præses, sic ad Theodosium Episcopum scribens: Per commiserationem ac mansuetudinem, vir sapientissime, calamitates eorum, qui in tentationes inciderunt, lenire adiuuare, atque ipsos leni ac suauis sermone ad hilaritatem trahere, merorisq; radices euellere. Nam si hoc ex te intelligant, quod si iuste inuectæ sunt, delictorum leuationem efficiunt, sin autem cum nihil sceleris admisisse, oboriri permissa sunt, corouas conciliabunt, non modò conceptum animo merorem profigabunt, verum etiam lætitiâ perfundentur. Multi enim morbi suauibus, & non acerbis medicinis curan-

di sunt. Quod si sectio, vel vltio adhibenda sit, vt sæpe debet; non vultu furorem spirante, nec manu graui, sed veluti suspensâ adhibenda sunt: & alio modo, quam adhibeantur à tortore, & carnifice non sanitate, sed perniciem adferentes. Tales sunt, qui morbos spiritus curant in virgâ ferreâ, sarcasmis, aculeisq; iracundis verborum, vel conuictis, ex quibus non medela, sed animorum alienatio, & morborum incrementum nasci solet. His norandum est illud S. Gregorij Papæ monitum: sæpè deterris frangitur, cum fracturâ incautè colligatur, ita vt grauius scissuram sentiat, si hanc immoderatus ligamenta constringant. Vnde necesse est; vt cum peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur, magnâ sollicitudine etiam districtor ipse moderetur, quatenus sic iura discipline contra delinquentes exerceat, vt pieratû viscera non amittat. Hanc ob causam cum in Pater S. Chryostomus contra prædones multa dixisset, & auaritiæ vitium insectatus fuisset, intermisit hanc materiam, & hanc attulit causam: Age paululum hodie cedamus ipsis, vt à dolore possint respirare; neque frequenter icti à medicina resistant. Ita facimus & Medici, emplastra post sectiones imponunt, ac medicamenta: tum aliquot dies elabi sinunt, dum ea excogitant, quæ dolorem possint mitigare. Hos vtique nos etiam hodie imitemur, ac cedamus ipsis, vt ex collatione nostrâ vilitatem percipere valeant. Quæ de re iterum paulò post sermo recurret.

124. *Quantum signum est mali Medici, si non expurgato corpore præbeat antidota. Vidi, inquit S. Basilus. Medicos non prius præbentes salutaria medicamenta, quam antè vomitionibus (vel purgationibus) eam materiam, quæ morbum egnebat, vacuam fecissent. Verum & vas, si re liquidâ malè olenti vngum fuerit, nec post elutum, recipit boni vnguenti influxionem. Hoc commune est vitium in spiritalibus medicis imperitis, qui punctâ perfectionis magnâ suis proponunt, (vt sunt indifferencia, renatio, vel mortificatio tantum, & laborum externorum indiscreta fatigatio,) non æquè verò laborant, vt à frequenti in peccata lapsu, præsertim deliberata, & grauiora, suos expurgent, & ad mortificationem internarum passionum, ac perpetuam sui victoriam, suauibus sed efficacibus modis, industriisq; inducant: & ad ardentissimum perfectionis desiderium, illudq; constanter permanens, exsistent; quod nisi perpetuò duret, nullus est sperandus stabilis in virtute progressus.*

125. *Sextum signum imperiti & insufficientis Medici Spirituales est, si violentè curet infirmos, exigens ab illis, vt statim sint sani & robusti. Hoc factis ostendunt illi, qui à tyrone in viâ spiritali, vel ab eo qui est in statu incipientium, (vt sunt nostri Iuniores & Nouitij) exigunt tantam perfectionem in moribus externis, & statu interno, quanta debet esse in senibus, multis annis in studio virtutum se exercen-*

tibus: Admonendi sunt Pastores, inquit S. Gregorius Papa, ut considerent, quidd structuris recentibus necdum solidatis, si signorum pondus superponitur, non habet acinum, sed ruina fabricatur. Ecce. Prædicator, inquit, auditoris sui animum ultra vires non trahat, ne ut ita dicam, dum plus quam valet, tenditur, membris chorda rumpatur, eosque tanquam cõpedibus quibusdam constrictos, vel detrusos in carcerem ita premunt; & hac ratione cogunt bonitatem simulare, vel certè ad quandam defperationem adigunt.

Hoc in suo regimine diligenter vitabat S.P.N. Ignatius. Ideo vehementer improbauit factum P. Ludouici Consalui, tunc Domus Professæ Ministri, quodd nobilem quandam Nouitium, valde Romæ notum, vix in Societatem receptum, ipso tyrocinij eius exordio, iusserit fabricatorum, murum exitum Domus Professæ erigenti ad plateam frequentissimam, calcem, & lateres suppeditare, spectantibus multis externis, qui illac transeunt, ei notis. Agnouerat enim materiam cor S. P. Nostri Iuuenem illum vehementer confundi, eam ob causam, idè statim eum inde iussit discedere, nec vaquã eò, (nisi ipse illum misisset) redire. Ministrum verò monuit, non imponenda, probationis etiam causa, tenellis plantis, nec dum diuturnã virtutum exercitatione corroboratis, talia onera, quæ vel frangere, vel scèdè eas incuruare possent. Quod ipsum à P. Consaluo in Diario gestorum S. Ignatij legi descriptum. Eandem ob causam, cum Domus Professæ Minister, Nouitium quandam vehementis naturæ, & viuacis ingenij apud Ignatium acculareret, ac quasi minus quietum, morigerum, ac tractabilem insectaretur. Ignatius hæc, audiente Ribadeneyrã, respondit Ministror. Minus, quæso, & blandius. Equidem istum ipsum, quem tu tam acriter reprehendendum putas (à quo Ministrum virtutem veteranorum exigebat) plus ego in viã Dei paucis mensibus profecisse arbitror, quam duos illos integro anno. Nominabat autem duos omnium ex Fratribus candidissimos, & lenitate quadam ingenij, ac morum suauitate, maxime amabiles. Non sunt ergo violente adigendi ad studia virtutum, præsertim tyrones. Quã de re hoc est S. Chrysostomi, optimi morborum spiritualium Medici, iudicium: Qui fuerit sub vinculo bonus, nunquam profectus erit bonus, simul ac enim vi nulla cogetur, liber ipse ad ingenium subito conuersus, iterum descessit. Facile enim, ut idem alibi dicit, planta nuper confusa reuelitur: & aedificium recenter fundatum à vexantibus facile subuertitur. Ideo nec Deus violente (exceptis priuilegijs quibusdam magnis Sanctis cõcessis, ut S. Paulo Apostolo, S. M. Magdalena, S. Andrea Faustulano, S. P. N. Ignatio, & alijs non nullis) verget vite mutationem, & ascensum ad altos gradus perfectionis. Quod hæc similitudine aptè declarat S. Chrysostomus: Quemadmodum optimi Medici, eos, qui difficili diuturnoq, morbo decumbunt, varijs medicinis ad sanitatem restituunt, nõ Lancicy Opusc. Tom. 2.

semper vienes arte interim enim non nihil cupientibus diuersa, (non noxia) obsecundant: sic Deus corruptos non impellit magnã vi ad virtutem, sed mansuetè, & sensim promouet. Imò plerumque portat ouem inuentam, non percussam: ne immanior scissura fiat, aut error productior. Sanè si & natura & ars, Deo sic volente, sensim sua ad maturitatem ducit opera; magna indiscretio, & temeritas est, ita vigere hominem ad supernaturalia opera gratiæ, quæ nõ sunt ita in eius potestate, uti opera naturæ, ut statim assequatur, quæ multi Sacerdotes, & Superiores longo spatio annorum vix sunt allecati. Aptè hoc declarat expertus vitæ Spiritualis Magister, S. Macarius: Quemadmodum in vitæ imperfectus infans, non quamprimum conrescit in hominem, sed paulatim formatur, neque mox perfectus homo euadit, sed longo annorum successu augetur, & vir efficitur: est, 3, veluti seruina tritici aut hordei, quæ terra mandata, non statim radicem produciunt, sed vbi transeunt hyemes & venti, tunc opportuno tempore spica nascuntur, eodem etiam modo in rebus, Spiritualibus, vbi tanta est sapientia & subtilitas, paulatim augetur homo, euaditq, in virum perfectum, & plenitudinem ætatis: non, ut quidam dicunt, exuere, (ex prauis habitibus seculi, statim omnibus) & Induere; virtutibus perfectis statim acquirendis: quas fortè nec ipse Spiritualis Medicus habuit, tunc, dum esset in eo statu, in quo nunc suum infirmum, indiscretè ad eas impellit. Quã in re charitatis habenda est ratio magis, quam Regulæ, quando huius obseruantia vergeti non potest, sine maiore damno subditi, à re aliquã abhorrentis, quæ seculo Superioris præcepto, possit sine peccato omiti. Ideo S. Bernardus discretissimus Superior, tradens modum dispensandi in S. Benedicti Regulã, dum iusta causa dispensationem exigit (iusta autem causa est charitas sola) sic acutè monet: Dei Regula charitas, Regule S. Benedicti iure preponitur. Esto proinde, ut interdum Regula licita, cedat pro tempore charitati, cum ratio necessitatis, vel charitatis exegerit. Et ut idem ca. 8. ait: Ponant Præpositi metam obedientiæ subiectorum, ex votis laborum ipsorum, non suorum, desiderio, mouentes eos, non cogentes ad celsiora, condescendentes eis, cum necesse fuerit ad remissiora, non cadentes cum eis.

Septimum signum Medici imperfecti est, præpostera curatio, si dum infirmus pluribus morbis laborat, pluribusque in membris, occupet se Medicus circa morbos, minus periculosiores verò vel negligat, vel curet minus. Tales sunt ij, qui magis exterioribus attendunt, quam interioribus, & solidis virtutum iudicandis studijs; qui exteriores inurbanitates, & defectus magis conantur emendare, quam internum hominis statum rectè ordinare. Vnde nascitur, ut à curatione talium Medicorum liberati, ferè peius quam antea vix sint egrotasse, agrotent, & magis peritorum Medicorum curationem respiciant, & sensim se reddant incurabiles, & ad spirituales mor-

128.

l. de præcepto & dispensat. cap. 7.

129.



I. 3. ep.
337.

mortem sibi viam sternant. Quâ de re sic scribit S. Hieronymus Pelusiota, multorum Monachorum Superior, ad Theodosium Episcopum: *Quemadmodum optimus Medicus ad aegrotantis naturam subsidium arte instructus & armatus, cum variis morborum generibus corpus obsidetur, aduersus eum, qui acrius vrget, in procinctu stans (qui enim cum salutem afferre liceat, id facere negligit, interitus causa est) eos, qui meram ad dilationem admittunt, in posterius seruat, ne alioqui, dum hos vicisse sibi videtur, ab illo, qui etiam victoriam eam, qua extitisse videbatur, in cladem conuertit, imprudens superetur; eodem modo tu quoque medendarum animarum scientiam prudentiam temperans, ad id, quod amplius vrget, oculorum aciem intende. Nam eo sanato, spes est fore, vt reliqua etiam sanentur.*

130.
Eccli. 18.
18.
Maximus
ser. 50.
h. cum
Saronin.
& Aure-
lianus a-
cti sunt in
exilium.
to. 5. l. 62.
in Patal.

Octauum signum mali Medici est, si videns signa futuri morbi prænuncia, non præbeat præseruatiuam Medicinam, contra illud Spiritus Sancti monitum: Ante languorem adhibe medicinam. Idem Demadas maiorem iis Medicis deberi dicebat gratiam, qui morbum ingruentem atcerent, quam, qui iam præsentem pellerent. Superioribus, inquit S. Chrysostomus, non lapsi iactum debent esse cura, sed & stantes: illi quidem, vt erigantur; hi vero ne cadant: illi vt ab vrgentibus malis liberentur, hi ne incurram in molestias imminentes. Et, vt idem alio in loco ait, Hoc prouidi est Medici, vt non præsentia tantum mala, depellat, sed & aduersus futura præueniat. Quod eò magis curandum est Medico, quia facilis est accere morbum, ne nos inuadat, quam contra eum curare. Idem Spirituales Medici reprehensionem merentur, qui suæ curæ commissos, cernentes non curare minima, non conuersari cum melioribus, non colloqui de rebus spiritualibus, ingredi cubicula aliorum sine necessitate & fructu, in Sacrificio Missæ semihoram non explet, cum elegantulis, siue adolescentulis, siue fœminis sæpe & diu colloqui, non apparente rationabili causa talium colloquiorum: si talia permittant, & non adhibeant præseruatiua monita, hæc omnia verantia & impediencia. Ex talibus enim neglectis, graues morbi nascuntur, curatu deinde difficiles. Idem humani respectus, & offendendi alios metus abiiciendus est, ne sint eorum è numero, de quibus ita scribit S. Gregorius Papa: Sæpe Rectores improvidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimescunt: & iuxta veritatis vocem, nequaquam iam gregis custodia pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt, quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namq, eos per Prophetam Domino increpat, dicens: Canes muti, non valentes latrare. Hinc rursus queritur dicens: Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro Domo Israël, vt stare in prælio in die Domini. Ex aduerso quippe ascendere est, pro defensione gregis, voce liberâ huius mundi potentatibus, quibus non æquiualent disciplina Religiosa parum addicti, & politicè procedentes cum do-

131.
1. p. Palt.
cap. 4.

112. 6. 10.

Ezech.
13. 5.

mesticis) contraire: & in die Domini stare in prælio, est, praua decertantibus ex vestra amore resistere.

Nonum signum imperiti Medici est, præceptis curatio, non suo tempore, sed citius, quam par sit, porrecta medicina. Sunt enim quidam morbi, qui moram aliquam postulant. Medicus, inquit S. Ambrosius. Non statim adhibet medicamentum languenti, si dolor seruet, somenta adhibet, vt minuetur dolor. Si febris exarsuat, remedij tempus expectat. Alioqui in medio febris æstu porrecta portio noceret, non prodesset. Ita dum subditus vehementi irâ ardens furit, monitorum bonorum non est locus. Expectandum, vt furor ille abscedat, tunc erit magis idoneus, vt paternâ Medici curatione inueteret. Interim ponderanda sunt, quæ dici apto tempore debent infirmo, vt inueniat, ne quid inconsideratè prolatum igdat potius quam sanat. maturanda sunt omnia profundâ consideratione, & communicatione cum Deo, inspiratore sancti consilij. Absre non facinus, inquit S. Gregorius Papa, si ad argumentum rationabilium, vsu rerum irrationabilium colligamus. Apta namque edificatombus de suis lignis succiduntur, nec tamen adhuc viridibus, adificum pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum morasitauerit, & apta ad necessarium vsu essent. Quæ obseruantia si forte negligitur, citius superpositâ mole franguntur & gignit ruinam, ad auxilium res prouisa. Hinc etenim & Medici, qui curam gerunt de corpore quædam aduortia, recentibus adhuc confectionibus formata indigenti non offerunt, sed maceranda temporibus derelinquunt. Nam si in mature quis dederit, dubium non est, quia sit causa periculi res salutis.

Decimum signum insufficientis Medici, est diu dilata curatio. Morbi enim periculosi, qui vix quandoque apparent, sed à peritis agnoscuntur, celeritate curantur. Hinc prædenter Ouidius pro remedio fœdi amoris suadebat.

Principis obsta, sero medicina paratur,

Cum mala per longas inualuerit moras.

Tales morbi sunt vehementes contra vocationem tentationes, familiaritates periculose inchoatæ, auctio ab Instituto, & bonâ viuendi ratione, & per clandestinas murmuraciones ac praua in contrarium dictamina, à tentatis torborati capta S. Chrysostomus cicato illo Christi dicto Matth. 28. Non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in caelis est, vt pereat vnus de pusillis istis: An non igitur absurdum est, si cum Christus pusillorum tantam curam gerat, nos eos prædesidia contemnamus? Noli hoc dicere, vnus est, sed vnus contemptus morbum transmittet ad ceteros. Modicum enim fermentum, inquit, totam massam fermentat. Atque hoc est, quod omnia perdit, ac destruit, quod pusillos aspernemur: propterea magna sunt vlcera, quemadmodum ferè fit, vt magna fiant exigua, si conuenient cura sit adhibita.

Vndecimum signum, si semper medicinis suauibus vtatur, vel vngat, quando membra lectione,

132.
P. lin. 97.1. 7. epist.
112.

133.

lin. eos
qui Pat.
cha tenent.134.
seu

ten incisione venæ vel ulceris opus habent. Quæ de re S. Chryostomus: Quomodo Medicus si morbum sectione indigentem, vñctione, aut emplastro curare voluerit, citò quorundam incurabilem efficiet, cum congruam non adhibeat medicinam, ita si quis filios nimis usus lenitate arguat. Et alio in loco idem: Non semper expedit pharmaca lenia adhibere, sed quæ do viciis curationi resistit, oportet styptica, & mordacia adhibere, quo morbo occurratur cuius. S. Bernardus hoc ipsum commendat.

Duodecimum sequitur, desperate de sanitate infirmi. Non statim resiliendum à curatione, etsi non statim succedat. Gutta cauat lapidem, non vised sepe cadendo, sic quod vna hebdomada vel mente obtineri non potuit, potest sequenti. Quæ de re S. Chryostomus: Habet hunc morem Medicus, quamvis videat morbos esse grauiore, quam vi arte curari possunt non omittit tamen officium suum, vt si forte possit egrum vel longo tempore reparare, praesentiam artis ostendat: quod si nihil amplius proficit, habeat excusationem maiorem, ed quod nihil praetermiserit, quod ad se pertineret. Prosequenda itaque est aegri curatio cum spe sanationis. Nam, vt ait idem S. Chryostomus alio in loco, Etsi hodie verbis tuis non obtemperat, postea obtemperabit, & si neque secundo vel tertio admonenti obtemperabit, iterum tamen te videns virgenter, forte erubescet: & reuerentiam tuam curam ab his qua offendunt desister. Et nunquam dic, quia semel & iterum & tertio & saepius dixi, & nihil proficit: Ne dicere desinas: nam quando magis in perseveraueris, tanto magis & merces tibi crescit. Non videtis quanta omnium Deus nos longanimitate tolerat, & quomodo quotidie negligimus obtemperare eius mandatis, & neque sic cessat à curâ nostrâ: Simili modo & nos erga fratres nostros bene affecti, magnam faciamus diligentiam, & oblectemur maligno illi demoni, vt irritos eius faciamus conatus.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

De modo exigendi rationem conscientie à senibus & Patribus matura virtutis, ac tuis qui diu cum laude in Societate Domitilia & Prouincias gubernarunt.

Um primus Prouincialatus in Prouincia Lithuaniz mihi à R. P. Mutio Generali impositus esset, proposui ei varia dubia, optans me, & in me alios Prouinciales instrui, circa modum suauiter exigendi à subditis, praesertim senibus & maturis, rationem conscientie. Ad hæc ita mihi respondit.

Hic respondebo ad dubitationes à R. V. propositas circa modum exigendi rationem conscientie.

Primo querebat: An Superior, qui semel accepit ab aliquo rationem conscientie, praesertim à personâ magne virtutis & auctoritatis (vt sunt Professi antiqui, & qui cum laude gubernarunt, & similes) possit annis

sequentibus, non exigere ab illò ita exactam, vt exigi solet ac debet à iunioribus?

Respondeo, Superiorem non solum posse à talibus non ita plenam, & distinctam rationem conscientie exigere, sed etiam non debere, nisi ratio aliqua extraordinaria (quod raro fieri solet) intercurrerit, quæ accuratorem conscientie rationem à talibus exigendam urgeat.

Secundo querebat: An Superior, dum habet plenam subditorum suorum notitiam, possit ordinare, vt quisque rationem conscientie reddat Confessorio, aut Patri Spirituali?

Respondeo, Etsi §. 40. Summarij Constit. insinuet, Superiorem posse aliquando, alteri exactionem rationis conscientie committere, tamen non conuenire, vt id faciat, nisi magnâ causa urgente: cum exactio rationis conscientie in Societate, vnum sit ex precipuis, & maxime propriis Superiorum officis, quod proinde ipsi non facile alteri committere debent.

Tertio querebat: An Superior officio satisfaciat, si post acceptam semel ab aliquo exactam rationem conscientie, aliis deinceps annis à prouentibus aetate & virtute Patribus, aliud non petat, quam vt si post redditam vltimò rationem, aliquid habeat ad conscientia sua manifestationem, quod Superiorem scire conueniat, illud dicat?

Respondeo, Superiorem videri tali modo officio suo satisfacere, neque ad exactiorem questionem obligari.

Quarto querebat: An Superior à Patribus magna auctoritatis, & quorum virtus multis annis, in variis officiis explorata est, possit, ne quidem primo anno suæ gubernationis plenam & accuratam, qualis ab aliis exigere debet, rationem conscientie exigere, sed aliud ab eis non postulare, quam vt dicant, si quid habeant, quod ad manifestationem suæ conscientie Superiorem scire cupiant?

Respondeo, Posse etiam primo anno Superiorem à talibus Patribus aliud non exigere, & plerumque conuenire, vt amplius ab eis non requiratur, praesertim cum tales sponte suâ sese liberalius plerumque Superiori manifestare soleant, quam subinde alij, à quibus plenior conscientie ratio exigitur. Atque hæc me SS. R. V. Sacrisseius & orationibus commendo, Rome 11. Ianuarij. 1631.

CAPVT DECIMVM OCTAuum.

De modo gubernandi & instruendi Nouitios, religiosos, & tirones in vita spirituali.

VT Nouitij pro totâ vitâ bene instruantur, aliisque vitæ spiritualis tirones in statu seculari constituti; bene studendi sunt ipsò initio eorum vitæ spiritualis in quatuor rebus.

Prima est, summum odium & horror carnis, sui peccati, etiam minimi, praesertim deliberati, ita vt nulla res creata sit, quæ magis abhor-

In Psal. 1.

1. 2. c. 3. de
Abel &
Cain.Exam.
c. 4. 5. 10.

reant, atque à quantis minimâ Dei offensatum
quia, ut ait S. Basilus, *Principium ad honorum ap-
prehensionem seu emendationem vitæ (quæ in Nouiti-
atu inchoata est peculiari studio) est abscissio à
malis* (quæ sine prævio peccati odio non dura-
bit) um quia ut dicit S. Ambrosius, *Cum renun-
ciatur improbitati, statim acciscitur virtus. Ingressus
enim malitia virtutis operatur ingressum eodemque stu-
dio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.* At-
que hæc est causa, ob quam S. P. N. Ignatius pri-
mum experimentum Nouitiorum esse voluit,
In *Exercitiis spiritualibus menssem unū plus minus ver-
sari: ad est. tum in examinandâ conscientiâ, & antea-
quâ vitâ recogitandâ, & Confessione Generali facien-
dâ, ac peccatorum suorum meditatione &c.* Hæc enim
omnia benè penetrata, cum Diuinâ gratiâ pari-
unt stabile odium peccati, & horrorem cuius-
vis Diuinæ offensæ: vti & manifestatio con-
scientiæ eodem tempore in ipso initio faciendâ
ex præscripto S. Patris, in quâ Nouitium voluit,
*re nulla quâ Dominum vniuersorum offenderit, ceta-
tâ, totius antea vitæ rationem integram, vel certè
verum maioris momenti Superiori reddere.* Cum e-
nim quoduis peccatum per se solum confide-
ratum, horrore & odio dignum sit, multo magis
si ea omnia, vel saltem præcipua, siue in Cõ-
fessione, siue in manifestatione conscientiæ, &
nostri ad eas præparatione ponderatâ, magnum
odium & horrorem sui ingenerare possunt, si
intimè, vti par est, eorum fœditas & grauitas, &
multitudo consideretur: præsertim si Magistri
indulgentia frequens accesserit, quâ Tyronibus, ac
in colloquijs priuatis, & in Exhortationibus, ac
præsertim in conferentijs publicis, sæpè incul-
cauerit suas & Sanctorum considerationes, effi-
caci modo & cum spiritu propositas, ex quibus
magis agnosci possit peccatorum fœditas
& grauitas, & inde nasci ingens eorum odium
& horror, & sequi fuga ac vitatio cuiusvis Dei
offensæ, etiam minimæ. Quocirca expertus sum
in multis, qui ex Nouitiatu sine hoc odio &
horrore venerunt ad Collegia, eos liberè sta-
tim viuere capisse, & in multa labi peccata veni-
alia quotidie: postquam verò à Patribus Spi-
ritualibus, efficacibus considerationibus offen-
sa fuit iis, cuiusvis minimi peccati grauitas ac
fœditas, ad eò quouis abhorreere capisse, vt de-
inceps maluerint ad pœnas inferni detrudi,
quam vel vnico deliberato peccato veniali Di-
uinam Maiestatem offendere.

Atque hæc est prima radix & causa, cur mul-
ti vix absoluto Tyrocinio biennali, quamprimum
se adiunxerunt alijs, liberè peccare &
transgredi Regulas incipiunt, quia non extule-
runt ex Nouitiatu veram cognitionem & præ-
cticam fœditatis & grauitatis peccati, & quod
inde sequitur, odium & horrorem illius, qui est
fundamentum (post fidem) non solum Religi-
osi status, sed etiam secularis. Ideò, ut ait Se-
neca: *In ruinam prona sunt, que sine fundamento cre-*

uerè. E contrario, qui hoc sanctum exulerunt ex l. de ita
Tyrocinio odium & horrorem, viuunt perfe- cap. 16.
ctè, seruant omnes regulas, valdè proficiunt,
Superioribus perfectè obediunt, cum alijs in
pace & cum edificatione viuunt. Quocirca hæc
in re benè se fundare debent Tyrones vitæ spi-
ritualis tam sæculares quam Religiosi, si volunt
in virtutibus magnos facere progressus. Et hæc
res correspondet primæ hebdomadæ Exerci-
tiorum, & est finis illius, qui in illa assequendus
est.

Alterum ad hoc ipsum necessarium est, vt in suo
Tyrocinio Tyrones, tã Religiosi quam sæcula-
res, acquirit ardens desiderium perfectionis: hoc
est, singulas quasvis actiones perfectè faciendi.
Ad hunc finem Exercitia secundæ hebdomadæ
potissimum conducunt, eo modo & ordine fa-
cta, quo sunt posita in libro Exercitiorum: vt
præmissis profundis considerationibus de Re-
gno Dei, de duobus vexillis, de tribus hominum
classibus, de tribus modis seu gradibus humili-
tatis, & modis seu regulis bonæ electionis, me-
ditando vitæ Christi Domini mytheria, concipiant
ideam perfectè operandi, ad similitudi-
nem actionum & verborum & cogitationum
Filij Dei. In his enim sita est nostra perfectio,
*Christiani hominis vitam, inquit S. Gregorius Nyl-
senus: tria declarant atque distinguunt: actio, sermo, &
cogitatio.*

Ideò S. Pater puncta Meditationis de vitâ
Christi in hæc tria distinguit, vt ad hanc nor-
mam omnia nostra interna & externa fiant.
Quocirca qui in Nouitiatu ordinarias Medita-
tiones de Christi Domini vitâ benè expendunt,
stabile concipiunt desiderium, illudque ardens,
omnimodæ perfectionis, atque tunc præterea
assuescunt ad colloquia spiritualia. Ideò etiam
in Collegijs viuunt cum magnâ edificatione, &
Superiorum ac Dei solatio. Ad quod conducit
maximè puritas animæ, orta ex odio & fugâ
peccati, tum quia, teste S. Basilio, *Puritas est radix in Psal. 64.
earum qua per corpus fiunt actionum;* tū quia Deus
puritati eximie deditis, infundit eximia donâ
& gradus insignium virtutum, vt docent Sæcti,
& experientia indicat; tum quia acquisito per-
fectionis desiderio vehementer excitantur ad
sanctè viuendum post Nouitiatum, & Syndicis
non indigent; tum quia Dei mos est, valdè se
communicare ijs omnibus, qui ardentè desi-
derant perfectionem; in xia illud Christi Do-
mini: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam*
ipsi saturabuntur. Et iuxta Deiparæ dictum: *Esu- Luc. 1.
rientes implevit bonis. Deus enim, ut inquit S. Gre- orat. 49.
gorius Nazianzenus; Appetitionem ipsam ingentis Orland.
pretij loco habet sicut sicut.* Ideò P. Petrus Faber, in
ter monita Sodalitati Parmensi relicta, hoc
quoque monuit, vt Sacram audiendo circa E-
leuationem Sanctissimæ Eucharistiæ, peterent sa-
mem, sicut, iustitia, idq; in summis numerandum esse
deni. Merito: quia vt ait S. Ambrosius, *Cum Deum*
ridet

videt animam desiderantem, replet eam bonis. Atque haec est secunda causa, cur multi absoluto Nouitiatu statim tepide viuere incipiant, quia discesserunt ex Nouitiatu non acquisito desiderio ad eam perfectionis: quo durante, omnia etiam difficilia alacriter fiunt, deo que durant etiam in Collegiis, & tempore distractionum ac impedimentorum. Alioqui, vt ait S. Dorotheus: Solebant Patres & maiores nostri asserere firmiter, quidquid animus alacriter non admittit, disturbum esse non posse. Conentur ergo illud acquirere illis considerationibus, & modis, qui ad illud concipiendum sunt apti, & a Magistris eorum iis tradi debent, praesertim per feruentes hac de re Exhortationes, & priuata colloquia, nunquam aspera, sed semper amabilia, iuxta Regulam secundam eorum. Hoc correspondet secundae hebdomadae Exercitiorum.

Tertium Tyronibus necessarium est. Amor crucis, hoc est, omnium rerum aduersarum, praesertim per quas propria existimatio, & honor impetitur. Hic amor concipitur per Meditationes de Passione & Christi Domini morte. Fouerur vna cognitione peccatorum commissorum, quibus loco satisfactionis debentur omnia aspera huius vitae, vt sunt accusationes, poenitentiae, calumniae, opprobria, non promotiones, degradationes. Et quando est ardens desiderium perfectionis, est etiam ardens amor & desiderium crucis, seu patienti omnia aduersa, non tantum vbi maior, sed etiam vbi aequalis est Dei gloria, iuxta tertium modum seu gradum humilitatis in secunda hebdomada a S. Patre explicatum. Imitatio etiam Christi patientis, est praecipua pars eius imitationis. Malus autem miles est, inquit Seneca, qui imperatorem gemens sequitur.

Dignum est ergo tibi, inquit S. Bernardus, dignum, inquam est, compari, commori, conspeli, passio, mortis & sepulchro: qui enim tanquam membrum Christi, dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare. Nam propter crucem pius dicitur est: qui iuxta Iesu Christi carnem suam crucifixerunt, cum vicia & concupiscentis. Occurrat itaque (memoriae nostrae) spiritaliter & ingerat se ipsum cordibus nostris Dominus Christus, proditus & venditus a Discipulo, a Iudeis tanquam vile mancipium pretio satanae ergo comparatus, captus, tractus & ligatus tanquam homo sine adiutorio, scisso verberibus dorso, vellicatus genis facie spatibus illis, puncto verberibus capite, saucio lateri, trebratis palmis, pedibusque, confosus, & tanquam regulatori suo alludens, se ipsum non reluctanter cepit: & nudum caput, quasi in eadem malleatorum vitis plagas ad patriam de exilio transferendis, rapaciter paratis, nauum propriae mortis exoluit. Haec si sapienter accurate in Meditationibus ponderentur, incredibile desiderium excitant patienti omnia pro Christo, ita tamen, vt prius acquiratur solitudo & plene ardens desiderium perfectionis, supra secundo loco propositum: quia nisi illud

praecesserit, exercitium virtutum non durabit, sicut rami, & herbae, & flores cito flaccescunt, & arescent, si fuerint sine radice plantati. Ideo maxime laborandum est, vt haec tria quae hic commemoravi, & quartum quod statim proponam, tanquam radices omnium bonorum, prius acquirantur per illa media, quae praebet Societas, & quae periti & grati Tyronibus eorum Magistris adhibere solent. Et haec est causa tertia, ob quam post Nouitiatum turbantur multi, & circa vocationem tentantur, dum vel accusantur, vel puniuntur ob defectus, vel molestiantur a Sociis aut Professoribus, vel non promouentur ad scholas speciosas, aut non finito cursu Philosophiae, vel Theologiae amouentur, quia exierunt ex Nouitiatu male fundari in amore crucis. Ideo in hoc fundent se bene: alioqui, vel non perseverabunt, vel vitam ducent inquietissimam, & Superiores suos inquietabunt. Hoc correspondet tertiae hebdomadae Exercitiorum.

Quartum Tyronibus necessarium est, perfecta Contemplatio & renuntiatio propriae voluntatis, & rerum omnium aliarum. Hoc exigit iuxta doctrinam S. P. Ignatii. Amor erga Deum, sicut in mutua facultatum & rerum operum communicatione, & boni cuiusque. Ideo tyrones hoc acquirere debent omnino initio suae vitae spiritualis, vt nihil vnquam proprio arbitrio eligant, ac desiderent, quoad occupationem, quoad habitationem, quoad gradum, & quamuis aliam rem, quae eis contingere potest in tota vita, sed omnia ista donent Deo, vt is per suos vicarios id eis imponat, quod eis visum fuerit: ita vt nihil profus detrectent, nisi solum peccatum, si quod abest, & quod metuendum non est, ad illud aliquis sollicitaretur. Hinc merito Christus Dominus docuit S. Brigittam: Perfecta charitas est illa ad Deum, quando homo nihil sibi de se relinquit. Apparet haec animi dispositio in omnibus iis, qui Tyrocinium suum bene traserunt, quia nihil curant, nihil praetendunt, nihil speciale desiderant, sed id solum, quod eis a Superioribus imponetur. Si applicabantur ad studia, tractabant studia; si ab eis ante tempus amouebantur, non murmurabant, non inquietabantur, & aliqui qui magis profecerunt etiam letabantur in quavis sui degradatione & non promotione ad altiore scholam vel gradum, vel Officium. Hoc correspondet practice quartae hebdomadae Exercitiorum.

Quoniam vero iuxta doctrinam omnium Philosophorum & Theologorum, habitus augentur per actus, & vt dicitur, gutta canat lapidem, non vi, sed saepe cadendo: vt haec quatuor supra memorata acquirantur a Nouitiis, & vt in illis bene se fundent, nec post Nouitiatum contrarium in eis appareat, debent assuescere ad frequenter iteranda de his rebus proposita, tum in Meditationibus quotidianis, tum quotidie

Contempl. de Amore Dei in 4. hebb.

Extrau. Reu. c. 34.

Ar. 1. 2. eth. 4. 1. 2. Plot. de sig. prof. Th. 1. 2. q. 63. a. 2. & q. 50. a. 1.

perf. min. rifica. forma.

Pal. 1.

et. 6.

c. 2. t. 40. land. in. 109.

in Pl.

Bern in
8. punct.
perf. scri.
ep. 71.
2. 2. q. 52.
1.

tempore Sacri post Eleuationem, ea breuiter, sed ardentem, Domino offerendo, & gratiam pro eis semper exequendis feruenter à Domino petendo. Quoniam verò, vt ait S. Thomas, proprium est rationalis creature, quòd per inquisitionem rationis moueatur ad aliquid agendum; vt hæc proposita firma sint, & post Nouitiatum non euascent, stabilienda sunt in Nouitiatu aptis considerationibus, quibus moueatur voluntas ad eorum executionem, præsertim in occasionibus & difficultatibus, ac impedimentis, quæ se offerent post Nouitiatum, tempore studiorum, & alio. Hæc autem considerationes tum à Deo dantur puris animabus in Meditatione, & aliis temporibus; tum ex lectione librorum spiritualium, præsertim eorum qui vitas Sanctorum Confessorum continent, tum ex pijs colloquijs, tum ex Magistris spiritus allocutionibus, & exhortationibus practicis. Ex quibus omnibus coæternatur præclara lumina, & menti altè imprimuntur, & adminiculo sunt ad exequenda bona proposita, dum se offert occasio. Et talia lumina, (non sola proposita) suadebat annotata scripto conseruare S. N. Xauerius, eorum enim lectio postea vehementer accendit cor ad exequenda proposita heroica antiqua.

Tursl. 6.
cap. 13.
a. 3. §. 1. 2.
c. 4. §. 2. c.
5. §. 1. 2. 3.
c. 6. §. 1. 2.
c. 2. §. 2. c.
15. §. 1. c.
23. 25. 26.
c. 39. §. 1.
c. 49. &
50.

Talium luminum annotatorum à P. Balchazare, Alvarez, multa exempla posuit in eius vitâ P. Ludouici de Ponte.

Quòd si quis interroget primò. Quibus modis in particulari possit valdè adiuuari Nouitius vel Tyro in vitâ spirituali, vt quatuor res suprâ dictas initio sui tyrocinijs acquirat, & post ea iuxta illas semper viuat.

Respondeo primò. Inuari poterit iis modis, qui à S. Scripturâ & Sanctis Patribus, ac vitâ Spiritualis Magistris tradi solent, pro acquirendis virtutibus, vt sunt Oratio, Sanctorum inuocatio &c.

Respondeo secundò, & ex Historijs Ecclesiasticis, & ex multorum annorum experientia agnoui, hæc magnoperè prodesse ad quatuor illa assequenda:

cap. 2.

Primò. Benè peragere primam probationem iuxta regulas Magistris Nouitiorum.

Secundò. In primâ probatione discere praxim meditandi in Exercitijs traditam, & iuxta illam meditari.

Tertiò. Benè penetrare puncta Principij, seu fundamenti, de fine ob quem creatus est homo, posita initio Exercitiorum, & in iis considerandis adhuc in primâ probatione (post intellectam praxim more nostro meditandi) aliquot horis, diuersis tamen temporibus, versari. Hoc solum cum Diuinâ gratiâ sufficeret, ad illa quatuor in alto gradu attingenda, si intimè penetrarentur.

Quartò. Penetrare intimè peccati grauitatem, sceleritatem, damna, necessitatem satisfaciendi pro iis, poenas iis in purgatorio destina-

tas, grauiore omnibus supplicijs, & martyrijs.

Quintò. Intimè agnoscere, damnatos, si offerretur iis liberatio, omnia ista quatuor toto conatu quaesituros & executuros; maius autem est beneficium, non esse damnatum post tot peccata, quàm liberari damnatum, vt ostendi in quadam Meditatione de inferno.

Sextò. Facere aliquos valdè heroicis actus non ordinarios, nostri valdè humiliatus, & nos confundentes coram alijs, (præter ordinarias & quotidianas victorias sui in rebus occurrentibus,) ad quos reduci potest Confessio generalis, alijs ante ingressum bene facta (quæ valdè rarè bene fit) vltro repetita coram Magistro Nouitiorum (multò post primam probationem) cum adiunctione circumstantiarum, etsi non necessarium ad Confessionis integritatem, tamen valdè ruborem & confusionem confitenti adferentium, expectam ad dandum Deo gustum hac nostri confusione. Multum prodest hæc res, & alie publicæ confusiones.

Septimò. Benè penetrare & sæpè ruminare puncta tradita à S. Patre in Exercitijs, de Regno Christi, de duobus vexillis, de tribus hominum classibus, de tribus gradibus seu modis humilitatis, & de modis bonæ electionis, applicando eos non ad electionem status, quem iam elegimus, sed ad electionem modi viuendi in hoc statu, iuxta nostras Regulas & consuetudines.

Octauò. Diu meditari cum magnâ applicatione de Regulis difficilioribus Summarij, vt sunt 8. 9. 10. 11. 12. & ea quæ sunt de obedientiâ, & de manifestatione sinceræ conscientia.

Nonò. Semper, semper, semper, colloqui de rebus merè spiritualibus, & conuersari cum personis magis edificatiuis, & fugere bono modo colloquia cum liberè viuentibus, & paruas regulas non seruantibus.

Decimò. Sæpè alloqui Patrem spirituales, & ei omnia sua sincerè aperire.

Vndecimò. Legere libros affectum piuum excitantes, vt sunt Vitæ Sanctorum: Legere autem non ex curiositate, sed ad mouendum affectum, idè non festinanter legere, sed lentè, & cum quadam reflexione & applicatione ad nostrum modum viuendi corrigendum & perficiendum.

Duodecimò. Frequenter intra diem, tempore lectionis spiritualis, reminisci verborum S. Bernardi, quibus se in Nouitiatu excitabat: Ad quid venisti? Item Regulæ secundæ Summarij finem nostrum indicantis, perfectionem nostri & aliorum per nos procurandam: Ad quod multa paranda sunt.

Decimotertiò. Accuratè meditari & examinare conscientiam, & Sacramenta Confessionis & Eucharistia suscipere.

Diuis

Decimoquarto. Querere frequenter, & privatim & publicam manifestationem nostrorum defectuum.

Decimoquinto. Inchoare Tyrocinium cum magno fervore, iuxta monitum S. Bernardi: *Si incipis incipere perfecte, nam si perfecte incipis, cito ad perfectionis culmen pervenies.* Agnoscit hoc naturæ homine Aristoteles: *Impossibile inquit, ex primo errore in principio commisso, non pervenire ad extremum multo quia, ut ibidem cap. 4. ait; Principium, dicitur esse dimidium totius.* Et cuius Iurisconsultus: *Causæ rei potissima pars, principium est.*

Decimosexto. Examine particulari quotidie vii exacte, iuxta præscriptum S. Patris in Exercitiis, eo modo, quem declaravi in Opusculo, de conferendo spiritu, præsertim quoad collationem diei præcedentis cum præsentis; hebdomadæ cum hebdomadâ &c.

Decimosextimo. Primâ die cuiusvis Mensis, loco Meditationis, meditari de præsentis statu nostro, an simus meliores nec ne, hoc mensē, quam præterito quoad hæc:

Primo. Quoad diminutionem peccatorum in numero & gravitate.

Secundo. Quoad passionum refrænationem.

Tertio. Quoad modum benè faciendi ordinaria opera.

Quarto. Quoad fervorem in benè operando.

Quinto. Quoad minorem fugam aduersitatum & sensum earum.

Sexto. Quoad desiderium magis proficiendi.

Decimooctavo. Nunquam se excusare, nisi introgauerit Superior.

Decimonono. Seruare tam arctè silentium, & alias regulas, quæ à tepidis habentur pro parvis, ut nunquam earum violentur.

Vigesimo. Nullas dicta vel facta condemnare, & voce, & mente, sed benè interpretari omnia, id quæ facere ex puro Dei amore erga alios, quia sunt eius iniuriæ, & ab eo tedempti, & creatura eius: magna bona hinc nascuntur.

Vigesimoprimum. Ob eandem causam nihil denegare vili petenti quæ possis ei præstare sine vilo peccato, & sine violatione vilius regulæ maximè si petat rem tibi difficilem, talem tamen, quæ sine impedimento boni maioris possit præstari.

Vigesimosecundo. Reducere conscientiam ad talem puritatem, ut vix, ne vix quidem, inuenire possis, quod confitearis. Hoc est fundamentum rerum omnium: & hinc ordianda est cura nostri profectus.

Vigesimotertio. Frequenter elicere actus humilitatis, anteposendo tibi omnes alios, & cum quadam intus veneratione eos tractando, tanquam te meliores & omni bono digniores.

Vigesimoquarto. Sæpè mente offerre Sanguinem Domini Iesu Christi pro nobis effusum, &

omnia eius merita, pro illis rebus pro quibus ille effudit.

Vigesimoquinto. Date operam ne vllam temporis particulam, etiam minimam, malè expendas, sed in re aliqua Deo gratâ, & conformi mēti Superioris, & conuenienti tuo præsentis statui & occupationi.

Vigesimosexto. Pœnitentiis externis priuatis quàm plurimis corpus affligere propter Deum, iuxta concessionem Superiorum. Habent enim magnam vim ad conciliandâ homini multa & magna Dei dona.

Vigesimosseptimo. Sensuum talem gerere custodiam, qualis est præscripta à Regulis modestiæ.

Vigesimo octavo. Sæpè Domino dicere: *Domine volo facere, & facere, & pati pro Te, quidquid vis; & volo vitare, quidquid vis à me vitari.*

Vigesimonono. Sæpè orare cum affectu patientiæ & benevolentia pro iis, à quibus aliquid passus es vel pateris. Hoc enim valdè conciliat gratiam apud Deum & liberalitatem eius mouet, ut in nos conferat insignia dona.

Si quis interroget secundo quo ordine à Nouitio media supra dicta sunt adhibenda, ut quatuor illas res in Nouitiatu consequatur.

Respondeo. Ea media adhibeat, primò quæ sunt propria viæ purgatiuæ, & Exercitiis primæ hebdomadæ congruunt, uti sunt, quæ paulò ante enumerata sunt §. 1. & sequent. vsque ad 8. Item quæ §. 14. 15. 16. 18. & 22. ac 27. dicuntur.

Si quis interroget tertio. Quomodo intelligendum est id, quod supra dictum est, nunquam aspèrè, sed semper amabiliter debere procedere cum Nouitiis eorum Magistrum, cum certum sit teneri eum sæpè & reprehendere, & punire, etiam grauitur quandoque, dycolos & rebelles &c.

Respondeo, omnino necesse esse, ut dycolis, dum opus est, increpentur, & puniantur, & verbis acerbis eorum malitia eis ostendatur, sed id debet fieri iuxta monita & exempla Sanctorum, & iuxta Statuta Societatis. Quod fiet, si correctio verborum & puniatio pœnarum exerceatur his modis.

Primò sine irâ, & significatione iræ. Nam, ut Reg. 50. ait S. Basilii, *Cum indignatione & irâ castigatione sua, aduersus aliquem viti, hoc baudquaquam est à peccato eum liberare, sed delictis se ipsum obstringere.* Quomobrem Apostolus dixit: *In mansuetudine corripite eos qui resistunt.* Et ut subdit idem Sanctus, & peritus Reg. 51. vitæ Spirituales Magister: *In adhibendis curationibus iis, qui vitioso animi affectu aliquo laborant, consuetudinem Medicorum imitari debet, ut videlicet agris non irascatur, sed contra morbum pugnet.* Nec enim Medicus irascitur, dum carnem adurit, pro cauterio.

Secundò. Corriganur & puniantur defectus sine asperitate, & iniuriis verborum offensiuorum.

Instr. ad
Superior.
c. 1. pag. 2.

rum. Ideo S. Bonaventura in libello illo aureo de sex alis, valde commendato Superioribus à P. Claudio f. memoriz, monet Superiorem, vt modestè, & maturè, & benignè, ad singula respondeat, & impetum feruoris reprimat: ne in voce aut vultu, seu motibus impatientiam ostendat. Tunc enim magis proficit per patientiam, & tandem deuincit, quos impetuosè agendo prouocaret, dicente Scripturà: Vir iracundus prouocat rixas, qui autem patiens est, mitigat suscitat. Non audent ei subditi necessitatem suam aperire, iuxta illud Iob. Si exasperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies. Atque hoc ipsum, præter alios, suos monuerat S. Ambrosius. Sit monitio sine asperitate, & hortatio sine offensione. Hanc ob causam S. P. N. Ignatius, in obiurgationibus, sermonis grauitate sine omni acerbitate utebatur: neque verbo momordit quemquam, sed rerum seu, a explicatione compungebat, nec quemquam cuius a. ius etiam obiurgaret, vocabat aut non obedientem, aut superbum, aut inertem & pigrum, sed quòd cuique inesset vitij, rei explanatione ostendebat. Hoc primæuo Spiritu Societatis imbutus à S. Ignatij discipulis P. N.

l. 1. Offic.
cap. 2.
Rib. 1. 5.
cap. 6.

Claudius, in pulcherrimâ illâ Instructione datâ Superioribus nostris anno 1604. damnat eos Superiores, qui subditos exasperant, atque exacerbant, cum in ipsa correctione stomachum potius quendam animiq; perturbationem, quam sincerum charitatis affectum, commiserationemq; præferunt: cum acerrimis verbis rem exaggerant, usq; nonnunquam mordacibus & contumeliosis: cum acerbiora denique medicamenta ingerunt, quàm aut morbi vis requirat, aut agri conditio & natura patiatur. Quo ex fonte mala plurius emanant. Ideoq; S. Gregorius ad Vrbicum Abbatem scribens, ex imperato & incondito eius agendi modo, dissolutam Monasterij Regulam suscipere dicit. Quod ex nullâ, inquit, aliâ re euenire valuit, nisi quia tua dilectio, in regimine suo inordinata est: nec cum grauitate vales aliquid disponere, sed modo studeas peccantibus leniter blandiri, modo inordinatè & extra modum nimium irasci. Hæc P. Claudius. Et in aureo libello Industriarum sic Superiores instruit. Sciat suauitatem in eo suam esse, si in obiurgationibus v. g. nihil asperum aut iracundum, aut perturbatum appareat, sed paterna grauitas, pia quedam compassio, & dulcedo quedam, sed viuida tamen & efficax, eluceat. Si à pumiente non tam voluntas humiliandi & castigandi, quàm necessitas quedam ex zelo boni communis, & vilitate ipsius etiam qui punitur, aliquid extorsisse videatur. Si negemus quod negandum est, quasi cum quodam doloris sensu, parati concedere quando, & quod expèdite videbitur, si imperfectiones ita emendari velimus, non quasi nimium emungentes, ne sanguinem eliciamus, verùm quasi exactores quidam, benigni tamen: qui non veluti vincendi studio, sed in bonum Societatis, atque ad eò ipsius subditi, id velimus: ac si cum ipso in vnum conspiremus, ad victoriam de tentatore reportandam. Si inbentes, circumspèdè & amanter, Dei gloriam & subditorum lucra, non aliud quidpiam nos querere, ostendamus. Si quod hodie non presatur, patienter in crastinum expectemus: ita

c. 1. pag. 7.

tamen vt semper expectatio finem, spelet, & media applicet accuratè. Siquidem quoddam ex inopiâ spiritus à subdito obtinere non valeamus, nullâ ratione efficacius aut suauius consequi poterimus, quàm si ille diligens sui scrutator, & spiritalis euaserit. Si denique ita in visceribus charitatis cum subditis agamus, vt & suas tentationes in nostrum, velut matris, sinum facit deponant: & vicissim correctiones nostras, siue quacunque à nobis proficiuntur, tanquam ab amore profecta, respugnante licet sensu, animo tamen non exacerbat, suscipiant. Et in primâ ad Superiores Societatis epistolâ, primo sui Generalatus anno scriptâ, sic Superioribus tradit modum suos subditos tractandi. Statuendum est hunc exercitum (Societatem scilicet nostram) esse sistorum Dei, congregatorum ex charitate non fictâ, corde magno, & animo volenti &c. Et cum sint Filij Dei, satis apparet, quibus oculis sint aspiciendi à Superiore, quando amore ac reuerentiâ disponendi &c. Et cum seruitus quadam ex amore sit, id efficax maximè erit ad eos dirigendos si Superiores eorum tenent ac possideat voluntatem. Ad quod præcipue conducit, si subditi vere intelligant se à Superioribus diligi, qui suis se filios, Patres, Matres, Nutrices, Medicos, denique omnia omnibus, pro cuiusque necessitate exhibeant necesse est. Quare D. Bernardus cum Superioribus agens. Diserte, inquit, subditorum vos matres esse debere, non Dominos; studeat magis amari quam metui, atque idem paulò post. Quid inquam vestrum super eos aggrauatis, quorū unum potius onera portare debetis? Cur morsus à serpente paruulus, fugit conscientiam Sacerdotis, ad quem cum magis oportuerat tanquam ad finem recurrere matris? Quod idem etiam antè D. 1. p. Past.

c. 2. n. 4.
pag. 20.

Gregorius præclare docuerat iis verbis. In quâ videlicet compassione, necesse est talem se qui præfati exhibeat, cui subditi quique, occulte quaque sua prodere non erubescant: vt cum tentationum suarum fluctus paruuli tolerant, ad Pastoris mentem, quasi ad Matræ sinum recurrant: & hoc, quod se inquinari pulsantis culpe sordibus præudent, Exhortationis eius solatio, lacrymis orationis lauent, & hunc sanè affectum animi etiam Moyses ostendebat, cum ita reputaret, & diceret Deum sibi, ita populi illius (duri, rebellis, obstinati, pessimi, multò peioris, quàm sint, & fuerint, & futuri sint vlli ex Societate eiecti, & eiciendi) curam demandasse, quasi ipse eam omnem multitudinem concepisset, ac genuisset, eiq; Dominus expressè præcepisset. Porta eam in sinu tuo, sicut solet nutrix portare infantem suum. Hinc etiam illa Pauli Apostoli voces: Facti sumus, inquit, paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Et filij mei, quos iterum parturio. Sic sic nimirum sancta memoria B. P. Ignatius in Constitutionibus exigit, vt Superiores amari potius, quàm timeri studeant. Sic in formulâ Instituti præcipitur, vt in gubernatione memores simus benignitatis, & mansuetudinis Christi, & formula Petri & Pauli Apostolorum. Hæc & his plura in eadem epistolâ prosequitur. Et Instructione 12. 6. & 7. n. p. 66. Congregatione approbatâ ait: Summè necessarium est, vt Superiores eam præferant comitatem, ac beneuolentiam, qua subditos ad se totos magnâ fiducia

pag. 76.

cap. 5.

Nu. 11. 1.

1. Thel. 1.

Gal. 2.

B. P.

Superiores

amari

potius

timeri

studeant

Sic

in

formulâ

Instituti

præcipitur

vt

in

gubernatione

memores

simus

benignitatis

&

operiendos allicitat. Et in Industriis Superiorem monet; Vt nihil pratermittat per se, & per alios alios, quod ad eximendas suspiciones, & gignendam amoris sui opinionem facere possit; certus, nisi hoc fecerit, nulla Medicamentorum gener. a profutura.

Et P. Euerardus quartus Societatis nostrae Praepositus Generalis, eximia vir prudentiae, cui Societatem tantum debere, quantum debet S.P.N. Ignatio (solâ Societatis fundatione exceptâ) audiui Romae à P. Ioanne Alvarez Assistentente Lusitaniae (qui ad Generalatum Societatis vocatus habuit in septimâ Congregatione generali) hic, inquam, tantus vir in suâ ad Superiores epistolâ, impressâ in libro Epistolarum Generalium, in ipso Exordio epistolae sic scribit: Inter ea quae Superiores Societatis inter certissima habere debent, id vnum est imprimis, non inuentionem relictam, non prudentiam, non alia id genus duntaxat esse necessaria vt è more atque Instituto nostro, cum mansuetudine & amore agatur. Si ergo Superioribus haec seruanda sunt ex more, & Instituto Societatis, multo magis Magistris Nouitiorum, & Patribus Spirituibus, qui (proprie loquendo) non sunt Nouitiorum & eorum, quorum Confessiones audiunt, in foro externo Superiores, nisi simul sint Rectores (sed tantum Confessarij & Moderatores, quoad quaedam exteriora iis concessa in Regulis eorum. Merito igitur Societas tradens modam gubernandi Nouitios, postquam regula primâ mouit, qualis esse debeat in se & erga se Magister Nouitiorum, statim ante omnia, primo loco haec ei praescribit: Amabilem se praestet, & vna integritate, ac discretionem, ita se gerat, vt omnes qui in probatione sunt, ad eum cum suis tentationibus confidenter confugiant, eiq; se ipsos confidenter aperiant, & ab eo consolationem & auxilium in omnibus in Domino sperent.

Ad quae conducit, (vti omnino necessarium est) vt quilibet Nouitiorum Magister vitet ea, quae gubernationem reddant inliuam & asperam: quae P. Claudius esse viranda à Superioribus praecarat & planè diuine scripsit in auro illo libello Industriatum, qui etiam saepe legitur à saecularibus: nam Romae publicè venditur impressus in Gallia. Praeterea magnopere proderit si seruentur ea, quae idem sanctus & prudens ac expertus noster Generalis scripsit de vitandâ à Superioribus asperitate in primâ suâ ad Superiores epistolâ impressâ.

Dices primò Spiritum sanctum monere: Irascimini & nolite peccare. Licet ergo Superiori irasci, dum dyuicolum corrigit & punit. Respondeo primò cum S. Gregorio, admonente Bennonem Abbatem, vitius subditorum irascendum esse, eaq; persurgenda, personis verò delinquentes diligendas, non irascendum illis.

Respondeo secundò aliud esse irasci, aliud iracundè corrigere & punire, ostendendo exterius iram. Illud licet, si causa sit irascendi, & si modus non excedatur, & si ira (vt passim Sancti quo-

que alij preter S. Gregorium docent) contra vitia, non contra personas, maneat in solâ mente. Exterius autem eam exercere non licet Superioribus erga subditos, quia id Deus vetuit (praeter Sanctos) tum aliàs, tum per Apostolum Paulum: Quamuis enim essent (vti eos appellat) insensati Galatae & non obediens varitati, & stulti ac carne consummati, & se circumcidentes contra prohibitionem Apostolicam, instruens tamen Superiores eorum, ita monet: Si praecipuus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui Spirituales estis, (scilicet Praelati) huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Quae verba ponderans S. Chrysostomus: vt ostenderet, inquit, eos vehementer mites esse oportere, non dixit (in mansuetudine) sed (in spiritu mansuetudinis) declarans, haec etiam spiritui placere: quippe cum hoc ipsum, posse cum humanitate corrigere peccantes, domi sit spiritua- li. Hinc P. Euerardus in epistolâ supra citatâ scriptum reliquit: Quantumvis subditi ab exactâ obedientia ratione deficiant, humana tamen imbecillitas, magnam sanè industriam, amorisq; significationem à Superioribus deposcit. Apertum enim est, rationem iusq; ipsum postulare, vt quemadmodum nostri homines, se per summam libertatem Deo Dominog, nostro consecrarunt sic à Superioribus excipiantur eodem amoris sinu, ac tractentur. Quocirca S. Chrysostomus etiam seruos & mancipia à saecularibus Dominis sine irâ iubet tractari, dum corriguntur & puniuntur. Sine, inquit, increpes, sine commoneas, sine quicquid facias absque irâ fiat & furore. Si enim increpans Medicus impatiens est, quomodo poterit alium curare, qui se prius afflixit, semetipsum non sanans: Si quis Medicus alteri curaturus accederet, prius habens suam manum vulneratam, itane curationem obibit absit. Similiter & tu, ne tunc increpes, ne commoneas. At non timebit, inquit, imò magis timebit. Tunc autem: etiamsi iusta dicas, furori seruus imputabit: si verò cum mansuetudine, se ipsum condemnabit. Si ergo serui non sunt increpandi, verbis vel gestibus iram praeserentibus, quantò minùs Filij Dei, subditi Christi, & fratres minores Superioris, vel filij in Christo? Bona mater charitas, inquit S. Bern. pro hac ipsâ re citatus à P. Claudio, quae siue foueat infirmos, siue exerceat prouocatos, siue arguat inquietos, sicut filios diligit vniuersos, & cum te arguit, mitis est. Quinimò, non tantum patrem erga filios, sed neque Iudicem erga reos iracundè procedere docet. Nam, vt scripsit S. Hieronymus Hispal. Quidam dum iudicare incipiunt, irascuntur, ipsamq; iudicij sententiam in insaniam vertunt. De quibus rectè per Prophetam dicitur: Qui conuertunt in furorem iudicium. Qui enim iratus iudicat, in furorem iudicium mutat. Vnde meritò S. Hieronymus in illa verba Iob, non te ergo superet ira, Oprimus, Iob, inquit, Iudex est, qui his pessimis, iracundâ & cupiditate, duobus vitius, non tenetur.

Cum ergo Superiores & Patres Spirituales in Ordinario cursu sui officij, debeant in suis etiam delinquentibus, praesertim in ratione conscientiae exigendâ, procedere vt patres, non vt

Gal. 3. 1. 3. Gal. 5.

Act. 15. 20. Gal. 6. 1.

Chry. in Comm. pag. 66.

h. 62. ad pop.

Ber. ep. 7. Cl. ep. 1. pag. 79.

1. de sc. bon. c. 56.

in c. 36. Iob.

Inst. 14. n. pag. 80.

P Iudi.

Lancij Opusc. Tom. 2.

Iudices (quia hoc illis à Societate veritum est) multò minus iracundè suos delinquentes debet tractare, & asperè: quandoquidem hic asper modus & ferus, etiam Iudices iudicialiter procedentes dedecet. *Plus enim proficit amica correptio*, inquit S. Ambrosius, *quam turbulenta*. Quod etsi in omnibus experientia ostendit, multò magis in Nouitiis, qui tanquam tenera planta, graui pòdere, vel alio modo violento tractare, facillè franguntur. *Planta ait S. Chryl. nuper humi confixa, facillè reuellitur: per multum temporis firmata radicitus, non itidem. Et adificium recenter fundatum, à vexantibus facillè subuertitur, bene verò firmatum, multa diuersè conantibus prabet negotia*. Enituit hac in re S. P. N. Ignatij mira discretio, vt enim alia omitam exempla, cùm vidisset nobilitate natum Nouitium, nostro fabro murario, murum ad publicam vrbs plateam erigenti ministrare, & vehementer confundi ac erubescere, dum à notis sibi ciuibus transuentibus, illo in ministerio occupatus cerneretur, S. Pater veritus ne quid grauius pateretur iussit illum statim inde abscedere, nec fabro ministrare amplius, sine suo iussu expresso: & aduocatum Patrem Ludouicum Confaluum (qui hæc literis mandauit) Domus Ministrum reprehendit, quòd non habità ratione Tyrocinij, & debilitum adhuc vitium nobilitatis adolescentis, eum mortificandi studio, periculo grauioris turbationis exposuisset. Ex hoc paterno discreti Patris nostri exemplo discere possumus, aliter teneras, aliter solidas plantas, in hoc Dei horto (vti Societatem appellauit coram Carolo V. Borgia) esse tractandas, & sine iracundiæ signis corrigendas.

Dices secundò si idèò abstinendum est ab irà & asperitate verborum in increpationibus, ne offendatur rei, etiam à pœnis abstinendum erit, quia & pœnæ iniunctæ offendunt delinquentes.

Respondeo, si pœnæ etiam valdè graues, iustas ob causas, mihi animo, & non aspero sermone iniungantur, non offendunt, etsi displiceant parti inferiori delinquentis, cui bonis modis priuè ostensum sit, iustam intercessisse eius puniendi causam. Patet hoc certissimà experientia quotidiana, vbique terrarum in Domiciliis, quæ paternè gubernantur. Sanè S. Ignatius noster, longè grauiores pro leuissimis erratis pœnas assignabat, quàm nunc assignentur, pro magno: ab omnibus tamen incredibiliter amabatur, & omnes, etiam grauissimè puniti, se ab eo vehementer amari existimabant, teste oculato Ribadeneira, neque vllà contra eum perturbatione concitabantur. *Amoris enim de eo preconcepta opinio erga subditos, ex paterno eius agendi modo deriuata, & suauis ac mitis, etsi ad feneritatem (paternam tamen) compositus sermo, quo pœnas iniungebat, earum asrimoniam leniebat, dulcemq, reddebat*.

Quà de re extant quoque præclara moni-

ta peritissimi rerum spiritualium, & per multos annos Nouitiorum Magistri, eximiam vitæ sanctimoniam, tum aliis rebus, tum integritate totius corporis post mortem commendatâ præditi, Fratris Ioannis à Iesu Maria Carmelitani discalceati: qui sui Ordinis Magistros Nouitiorum instruens, sic monet in primâ parte Instructionum, planè iuxta Societatis nostræ Spiritum, & in vitâ S. P. Ignatij, & in libris Instituti nostri expressum. *Quod ad sermonem spectat, studeat Magister, siue priuatis in colloquijs, siue in communibus Exhortationibus, siue etiam in culparum correptionibus, verba in melle charitatis imbueret, & sermonem spiritus lenitatis temperare. Certò, sibi persuadeat, verborum asperitatem, ne dum contumeliosas increpationes, spirituali profectui viam præcludere. Aut enim eiusmodi verba corde summissa audiuntur, aut secus: Si secus exploratum est, cor inde magis obdurari, & correptoris odium concipere. Si patienter audiuntur, timor vt plurimum non filialis, sed seruilis, ac proinde violentus generatur. Omnino autem comperitum est, ad perfectam charitatem eo timore corda parum proficere. E contrario addit numero 9. Si lenis sermo sit, ita, vt non præcepta aliqua passio, sed Christi charitas eum proferre videatur, sensim illabitur in cor, & illud emollit. Asperiora quippe verba, quasi iacula cor elidit, ne vulnereatur. lenia verò, quasi mollia quadam fomenta libenter accipit. Quocirca Iesus Christus ipse Magistrorum exemplar, suauissimis potius Instructionibus, quàm increpationibus viuens adhuc, Discipulos erudiebat. Cuius in scholâ Paulus eruditus, Methodum correptionum præscripsit aënis: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Non inquit; Arguite, corripite, vel aliquid eiusmodi: (vti ante illum quoque hoc ipsum ponderant, S. Ioannes Chrysostomus) sed instruite. Neque inquit, vos instruite; sed vos, qui spirituales estis, instruite: ac si aperitiùs dixisset, non esse virorum spiritualium, hoc est eorum, qui à Spiritu sancto aguntur, inuebi, vel commoueri aduersus delinquentes, sed potius verborum, & actuum lenitate, illos non tam carere, quàm ad salutem instruere. Quomodo autem culpæ corripiendæ sint, tradit præclare num. 10.*

Iam verò si in culparum correptione, vbi culpa id videntur exposcere, adhuc oportet lenire sermonem, minimè dubium erit, in Exhortationibus ad virtutes acquirendas, vitia extirpanda, mundum contemnendum, & similibus alijs, non esse miscenda acria verba. Ex eo, inquam, verborum genere quibus nonnulli Concionatores ad Christianam perfectionem nuntur, cor violentè impellere. Sint ergo verba Magistri suauia, & Spiritus Sancti vntione delimita: & iis plane verbis certò speret se corda Nouitiorum quasi iaculis confixurum. Sic enim Spiritu Iesu Christi agatur, tanquam idoneus eius Minister, eius nempe, de quo scriptum est: Mollis sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula. Modum autem punien-

lib. 8. in
Luc. c. 17.

h. 80. ad
pop.

Rib. l. 5.
cap. 7.
Confalu.

p. c. 3.
num. 8.

in ep. ad
Galat.

num. 11.
punien-

pariendi culpas hunc præscribit: Si verò culpa, vt
debet, corrigenda sint, culpam sic à persona scernat, vt
interim dam culpam reprehendat, personam diligere vi-
deatur. Quod certè assequetur, si abstractè culpe defor-
mitatem representet, vt persona ipsi displiceat, & per-
sonam intercalatis verbis blandè alloquatur, tanquam
rem sanè amabilem, & à culpa turpitudine longè di-
uersa. Vt et quoad poterit verba, Magisterij authorita-
tem reddentia: & velut vnus ex discipulis, non quasi
iam perfectionem adeptus, verùm tanquam in agone
contentens, & sequens, si quo modo comprehendat, com-
mitem & participem laborum se illis adiungat. Sic
enim cordibus illorum dominabitur. Deinde addit
numer. 12. Quod verò ad opera pertinet singulari a-
moris significatione, non solùm in Spirituibus, que
poterem locum obtinent, sed etiam in corporalibus ne-
cessitatibus discipulis adst. siue valeant, siue agrotent. Et
nonnullas quotidianæ discipline intermissiones, cum
eos refectione, somno, vel aliis commoditatibus indigere
deprehendit, indulgeat. Quin etiam & tempus ante-
uertat, aliquasq; huiusmodi modicas, & raras inter-
missiones, non vt que adeo necessarias, iis præsertim, qui
sunt natu minores, & delicatiores, per obedientiam in-
iungat. Vix enim dici potest, quantam vim eiusmodi
pauis in filios indulgentia habeat, ad cursum perfectio-
nis incitandum. Sec. Contra verò, si in eo genere Magi-
strum seuerum offendant, non modò non celerius cur-
rant, verùm pre anxietate & metu seueritatis, aut sui
curam non deponant, aut certè ab incepto Monastica
vite statu desistant. Eadem commendat. cap. 4.
de zelo numer. 9. Et capit. 2. de mansuetudi-
dine, hæc ipsa accuratè inculcans numero, 67.

Confrimo primò supradicta, præclaro testi-
monio & colloquio S. Anselmi, postea fa-
cti Archiepiscopi Cantuariensis. De quo hæc
enim familiaris Eadmerus in eius vitâ scri-
bit:

Quodam, inquit, tempore, cum quidam Abbas, qui
admodum Religiosus habebatur, secum de his, que Mo-
nastica religionis erant, loqueretur, ac inter alia, de
pauis in claustro nutritis verba conferret, adiecit:
Quid obsecro fiet de istis? Peruersi sunt & incorrigibi-
les, die ac nocte non cessamus eos verberantes, & semper
sunt sibi ipsis deteriores. Ad quæ miratus Anselmus,
non cessans, inquit, eos verberare: & cum adducti sunt,
quales sunt: Hebetes, inquit, & bestiales. At ille: Quàm
bene omne nutrimentum nostrum expenditis, qui de
hominibus bestias nutritiistis: Et nos, ait, quid possumus
inde? Modò omnibus constringimus eos, vt proficiant,
& nihil proficiunt. Constringitis? dic mihi, quæso,
Domine Abba, si plantam arboris in horto tuo plan-
tatis, & mox illam omni ex parte concluderes, vt ra-
mos suos nullatenus extendere possent, cum eam post
annum excluderes, qualis arbor inde prodiret: profe-
cto inutilis, incuruis ramis & perplexis. Et hoc ex
eius culpa procederet, nisi tuâ, qui eam immodera-
tè conuulsiistis: Certè hoc facitis de pueris vestris. Plan-
tati sunt per obedientiam in horto Ecclesiæ, vt cres-
cant, & fructificent Deo. Vos autem in tantum ter-

Lancij Opusc. Tom. 2.

raribus, minis & verberibus (idem iudicium est
de penitentis grauioribus sæpè iniunctis) vn-
dique illos coarctatis, vt nullâ sibi penitus liceat liber-
tate potiri. Itaque indiscretè oppressi, prauis, & spi-
narum more perplexas intra se cogitationes conge-
runt, fouent, nutriunt, tantaque eas nutriendo vi
suffulciunt, vt omnia que illorum correctioni possent
admirulari, obstinatâ mente subterfugiant. Vnde
fit, vt quia nihil amoris, nihil pietatis, nihil beneuo-
lentia seu dulcedinis circa se in vobis sentiunt, nec illi
aliquid in vobis boni postea fidem habeant, sed om-
nia vestra ex odio & inuidiâ contra se procedere cre-
dant. Contingitque modo miserabili, vt sicut dein-
ceps corpore crescunt, sic in eis odium & suspicio om-
nis mali, in eis crescat. semper pronis & incuruis ad
vitia. Cùmque ad nullum fuerint in verâ charitate
nutriti, nullum nisi depressis supercilis, oculouè obli-
quo valent intueri. Sed propter Deum, vellem dicer-
tis mihi, quid cause sit, quòd eis tantum infesti estis?
Nonne homines, nonne eiusdem nature sunt, cuius
vos estis? Velle sine vobis fieri, quòd illi facitis, si-
quidem qui sunt, vos effectis? Sed esto, solis eos percus-
sionibus & flagellis, ad mores bonos vultis informa-
re. Vidistis vnquam aurificem ex laminâ auri vel ar-
genti, solis percussionibus imaginem speciosam for-
massè? Non puto. Quid tunc? Quatenus aptam for-
mam ex laminâ aptet, nunc eam suo instrumento le-
niter premit, & percutit, nunc discreto leuamine le-
nue leuat & format. Sic & vos, si cupitis pueros ves-
tros ornatis moribus esse, necesse est, vt cum depressio-
nibus verberum, impendatis eis paterna pietatis &
mansuetudinis leuamen atque subsidium. Ad hæc Ab-
bas: Quod leuamen? quod subsidium? ad graues & ma-
turos mores, illos constringere laboramus. Cui ille:
Benè quidem. Et panis & quouis solidus cibus vilis &
bonus est, eo vit valent. Verùm subtracito lacte, ciba
inde lactentem, infantem, & videbis eum magis ex
hoc strangulari, quàm recreari. Cur hoc? Dicere nolo,
quoniam claret. Attamen hoc tenete, quia sicut fragile
& forte corpus, pro suâ qualitate habet cibum suum,
ita fragilis & fortis anima, habet pro sui mensurâ
victum suum. Fortis anima, delectatur & pascitur
solido cibo, patientiâ scilicet in tribulationibus, non
concupiscere aliena, percutienti vnâ maxillam præ-
bere alteram, orare pro inimicis, odientes diligere, &
multa in hunc modum. Fragilis autem adhuc in Deû
seruitio, tenero lacte indiget, mansuetudine videli-
cet aliâ, benignitate, misericordiâ, hilari aduocatio-
ne, charitatiuâ supportatione, & pluribus huiusmodi.
Si taliter vestris & fortibus & infirmis vos coapta-
tis, per Dei gratiam omnes, quantum vestra refert,
Deo acquiretis. His, Abbas auditis, ingemuit, dicens:
Verè errauimus à veritate, & lux discretionis non
luxit nobis. Et cadens in terram ante pedes eius, se
pescasse, se reum esse confessus est, veniamq; de præ-
teritis petit, & emendationem de futuris repro-
misit.

Confrimo secundò hæc ipsa, doctrinâ S. Am-
brosij, qui monet, ne humilitas desit Superiori, c. vlt.
& vt is audiat subditum quasi parem, quasi aequalem,

Et ne monitio sit aspera, neque obiurgatio contumeliosa.

1. de digo.
Sacer. c. i.

Et alio in loco: Si virtutum finis ille est maximus, qui plurimorum spectat profectum, moderatio propè omnium pulcherrima est, qua ne ipsos quidem quos damnat offendit, & quos damnauerit, dignos solet facere absolutione. Denique sola est, qua Domini quasi tam sanguine Ecclesiam propagauerit, imitatrix beneficii celestis, & redemptionem vniuersorum salubri sine temperans, quem ferre possint aures hominum, mentes non refugere, non pauere animi. Etenim qui studet humana infirmitatis emendare vitia, ipsam infirmitatem suis debet sustinere, & quodammodo pensare humeris, non abicere. Nam Pastor ille Evangelicus lassum ouem vexisse legitur, non abiecisse. Et Salomon ait. Noli iustus esse nimium. Debet enim iustitiam temperare moderatio. Nam quomodo se tibi curandum prebeat, quem fastidio habet: qui contemptui se, non compassioni medico suo putet futurum? Idem Dominus Iesus compassus nobis est, vt ad se vocaret, non deterreret. Miris venit, venit humilis. Denique ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Reficit ergo Dominus Iesus, non excludit, neque abicit, meritoq; tales discipulos elegit, qui Dominica voluntatis interpretes, plebem Dei colligerent, non repudiarent. Unde liquet, eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro mitibus, superba pro humilibus, sequenda opinantur, & cum ipsi quarant Dei misericordiam, aliis eam denegant.

h. 43. in
Genef.

Confirmo tertio Iudicio S. Chrysostomi, qui ponderans colloquium Loth cum suis concubibus, volentibus abuti hospitibus à se receptis: Nolite, quaeso, fratres mei, nolite malum hoc facere; haec, inquit, vera virtus est, ita mansuetè alloqui illos: Nullus enim agrum volens curare, & in famem castigare, cum iracundia & austeritate hoc facit &c. Quod si blanda monita non statim emendent delinquentes, non idè ad aspera denegandum est, sed iteratis sapientius lenibus monitis, expugnanda sunt vitia. Idè idem S. Chrysostomus cum dixisset, ne negligamus cum multà lenitate & mansuetudine monere fratres delinquentes, subdit: Nam est hodie verbis tuis non obtemperat, postea obtemperabit: & si neque secundò vel tertio admonenti obtemperabit, iterum tamen te videns irgentem, forte erubescet, & reueritus tuam curam, ab his qua offendunt desisset. Et nunquam dic: quia semel, & iterum, & tertio & sapius dixi, & nihil profeci. Ne dicere desinas: nam quanto magis tu perseveraueris, ita id magis & merces tibi crescit. Non videtur quantà omnium Deus nos longanimitate tolerat, & quomodo quotidie negligimus obtemperare eius mandatis, & neque sic cessat à curà nostrà? Simili modo & nos erga fratres nostros bene affecti magnam faciamus diligentiam: & oblectemur maligno illi demoni, vt irritos eius faciamus conatus.

h. 43. in
Caut.

Confirmo quareo. Monito S. Bernardi: Audiant Praelati qui sibi commissis semper volunt esse formidini, vtilitati raro. Erudimini qui iudicatis terram.

Discite subditorum maiores vos esse debere, non Dominos. Studet magis amari, quam metui. Et si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica. Matres fouendo, Patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite seueritatem. Suffundite verbera, producite verbera, peccata lacte pinguescant, non typho turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggrauatis, quorum potius onera portare debetis? Cur morsus à serpente paruulus, fugit conscientiam Sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat tanquam ad sinum recurrere matris? Si spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: consideret vnusquisque seipsum, ne & ipse teneatur. Alioquin ille in peccato suo morietur, sanguinem autem eius, ait, de manu tuà requiram.

Deniq; expertus sum, durè in Nouitiatu tractatos, non tantum non profecisse, sed pessimos ibi fuisse, & ad scelera grauiora, ac postea sacrilegia deuenisse. Ob auertionem enim graue à suo Magistro, eius doctrinas & monita contemnebat, exosa habebant, non exquebantur, tentationes ei & peccata non aperiebant sincere, & ita per dissidentiam & per auertionem animi, & in syncretitatem, & animi perturbationem, mediis spiritualibus non vtebantur ad fugam peccatorum, & perfectionis acquisitionem, & tandem vel à daemone, vel à prauis confectudinibus, aut habitibus malis, vel à peruersis fociis seducti, in domo orationis, tanquam in speluncâ latronum viuendo peruersè, non proficiebant: saepe etiam defecerunt, vel à vocatione, vel à qualicumq; illâ pietate, cum quâ ad Religionem & Nouitiatum accesserant.

Pro quare notanda est doctrina diuinitus tradita S. Gettrudi Virginis: Sunt, inquit, quidam, qui libenter propter Deum benefaciunt hominibus bonis, sed defectus malorum sine imperfectorum duris arguendo, quandoque per impatientiam, magis lacerant quam emendant. Et hi, videntur vlcera Domini, (in corpore Ecclesie, cuius vna pars imperfecta est, cuius tamen ipse est caput) quasi pugnis impetere furiosè, de quibus sanies repentinò impetu expressa, resiliere videtur in facies eorum scilicet arguentium, insipientes & deturpans eos. Sed benignus Dominus propria pietatè deuotus, amicorumq; suorum specialium, quibus benefaciunt, amore prouocatus, haec quasi dissimulans, respicit ad ornamenta benefactorum specialibus suis impensum, & veste sua dextrâ id est, propter electorum merita, maculas illas detergit. Et adiunxit Dominus: Vnum quidam, saltem per expressionem vlcera amicorum suorum, dignarentur addiscere, qualiter vlcera corporis mei, scilicet Ecclesie, hoc est, defectus proximorum possent curare, vt scilicet primò leniter tangendo, id est, lenibus admonitionibus in charitate proximorum defectus studerent emendare. Dum autem perpenderent, se sic non posse proficere, processu temporis studerent duris corripiendo sanare.

Imitandus est hac in parte S. Paulus Apostolus; propositus etiam Superioribus nostris in Bullâ Iulij tertij.

Qua

Qua de re sic S. Chryostomus: Quemadmodum pater indulgens, qui filium habeat vniuentum, morbo correptum, medicamenta non admittentem, sed reuocantem, a fidens ei blanditur, deosculatur, amplectitur, omni genere blanditiarum flectere conatur ac persuadere, ut medicina remediis, morbum velit depellere. Sic & Paulus, toto dispersos orbe terrarum fideles, tanquam vniuentum filium amore complectens, cum plurimos videret in peccata prolapsos, & immedicabiles animi morbis correptos, deinde reprehensionis & castigationis medelam non admittere, sed repudiare ac resistere, lacrymis eos detinebat, ut cum gementem ac lugentem illum cernerent, ipso eius aspectu commoti, medicinam ferrent, ac depulsa aegritudine, pristinam valetudinem recuperarent, propterea monens semper lacrymabatur.

Imitanda est S. Gertrudis Virgo, quae tanto desiderio pietatis & gratia sapientia conueniebat illum qui erat arguendus, tantaeque gratia sapientia ac discretione formabat verba (utpote, quae linguam suam ante in sanguine dilecti sui, quam in cor scriberet alienum, inuenerat) ut nemo tam duro esset corde, cui vel vna gutta inerat pietatis, qui per eius verba non moueretur ad statum correctorem, aut saltem ad emendandi vel desiderium, vel voluntatem. Porro ubi per admonitionem suam compunctum quempiam aduersus se pauerat, ad hunc conuersa tanto est desiderio, tantaeque erga illum compassionis mota, ut confestim illi sinum beneuole exhiberet pietatis, totoque corde liquefacta, se ipsam illi, in quancunque posset, offerret consolationem.

Denique S. Franciscæ Romanæ S. Paulus & S. Benedictus desiderunt hoc monitum, dicendum Confessorio discipularum S. Franciscæ, ut particulari sollicitudine (quam ab eo exigebat Mater Creatoris) dirigeret illas animas in via perfectionis. Idcirco ut indueret viscerum compassionis, relinquendo omnem nimium rigorem, & habendo respectum ad fragilitatem illorum, procurando cum prudentia & dexteritate, & tolerantia promouere opus tanti seruitij Dei.

CAPVT DECIMVMNONVM.

Monita data cuidam Rectori nostrae Societatis, prima vice suum regimen inchoanti.

Quia essem in Prouincia Bohemiae, nisi Anno 1540. nouo cuidam in Prouincia Lithuaniae Rectori, expetenti a me, Consilia seu Monita practica, hic adscribenda: quae cum rescisisset ei plurimum profuisse, & reddidisset eius regimen valde laudatum ab omnibus, existimauit pro coronide huius Opusculi ponenda, ut aliis quoque, si dignabuntur ea legere & exequi, vti possint esse. Verum inter illa sunt quaedam ad morem & genium Polonorum accommodata, & omnino in Poloniae Regno necessaria, quae tamen extra Regnum Poloniae non omnibus conueniunt Prouinciis, sed illis tantum, Lancij Opusc. Tom. 2.

quae similes Polonicis habent consuetudines, uti sunt vicinae Prouinciae Austriae & Bohemiae, valde bene ordinatae, & Deo ac S. Ecclesiae fideliter seruientes.

I. In primis frequenti lectione suarum Regularum, & aliarum Ordinationum ad eius minus spectantium, item Regularum aliorum Officialium sibi subiectorum, bene memoriae imprimat, quae facere vel fugere, quae permittere, vel negare debet, & quae ab aliis faciendae ac vitandae sunt.

II. Ita conuersetur cum domesticis, ne det illis occasionem cogitandi, quod non omnes aequè amet, sed plus aliquos, sine maiore causa maioris amoris, qualis non esset si non esset in iis notabiliter virtus magis conspicua.

III. Nunquam vllum reprehendat, aut moneat, aut puniat tunc, dum se sentit iratum, etiam si sit iusta causa irascendi, sed id faciat (si facientem esse recta ratio dictauerit) post sedatum irae motum, uti monet S. Chryostomus hom. 62. ad populum in fine. Videat locum pulcherrimum supra allatum n. 39.

IV. Quouis diei tempore ad se accedentes admittat, nec reiiciat ad tempus aliud, nisi ad sit grauius aliquod impedimentum, quod ipse qui accessit agnoscat, iustam esse causam reiiciendi in aliud tempus colloquij.

V. Dum cum alloquitur subditus, nihil tunc aliud scribat, aut legat, aut faciat, ne putet se contemni, sed soli illi attendat.

VI. Habenda est ratio magna eorum, qui plus solito, aliquo tempore laborant, ne, dum aliqui ad extraordinariam collationem vel recreationem inuitantur, illi non inuidentur, uti sunt qui extraordinarias aliquas conciones fecerunt, vel faciunt, aut circa preparandas comedias multum laborant. Animantur enim magis ad labores, talibus inuitationibus & significationibus paternae providentiae.

VII. Procuratori ad pagos proficiscenti danda sunt omnia illa, ut esculenta & poculenta, quae ei domi darentur, si in pago illa non est inuenturus.

VIII. Non curet pro se vestes ex panno meliorem, quam pro aliis Sacerdotibus.

IX. Dum alicui mittuntur pia munuscula, uti sunt Imagines, Reliquiae, Rosaria &c. non decimet illa: alioquin coget, ut talia sine licentia postea occultè accipiantur. Quod si ex rebus missis pro se aliqua indiguerit, petat eam a subdito, ei verò aliquid equiualens pro ea donet omnino.

X. Dum accipit rationem conscientiae ab aliquo, tantum de iis rebus tractet cum eo, quae illi referuntur a subdito. Quod si habeat aliquid contra eum correptione vel reprehensione dignum, tunc ei non dicat, sed vel multò ante vel multò post. Tunc autem illa sola tractanda sunt, quae subdito solatium adferre vel augere possunt, functiones verò iudiciales & contristatiuae

ad aliud sunt tempus reiiciendæ, illud saltem quod præscribitur in Reg. 25. Rectoris.

XI. Dum alicui pœnitentiam aliquam iniungit, præsertim grauiorem, vti est parua mensa, vel disciplina, non iniungat, non audito prius & interrogato subdito; qui si neget culpam à se commissam, & conuinci non possit, satius est abstinere à puniendo, quàm cogere inuitum ad pœnam, ex quâ coactè suscepta, non sequitur emendatio, sed amaritudo cordis, & auersio à Superiore, quæ longè maiora mala sunt, quàm sit bonum coacta pœnitio. Si verò subditus agnoscat culpam, & iudicet se pœnâ dignum, imponat ei sine vlllo signo commoti animi, sed potius ex amore conferuandæ disciplinæ, vel satisfaciendi pro dato scandalo, vel impediendi ne ab aliis similia committantur.

XII. Sit liberalis & facilis in concedendis licentiis, quæ possunt concedi sine peccato, & sine manifestâ dissolutione Religiosæ disciplinæ, & malo exemplo.

XIII. Patri Spirituali & similibus personis magnæ authoritatis, etiam secundario Cōfessorio domus, non det pœnitentiam pro raro aliquo & paruo defectu, vti esset violatio silentij, vel tarda surrectio: minuitur enim apud alios opinio eis necessaria per tales pœnitentias, etiam semel datas: quòd si contingat tales sæpius labi in aliqua, sufficere priuata admonitio, quàm si non curauerit, tunc demùm publicè puniendi sunt, sed discretè, eo modo, quo se puniri non ægrè ferret, si esset in tali officio. Neque hoc est acceptio personarum, sed discretio: idèd Deus obidem peccatum fororem Moysis leprâ puniuit, non verò Aaronem, quippe ad summum sacerdotium destinatum, sed solâ verbali admonitione eius murmurationem castigauit.

XIV. Imitetur S. Ignatium, qui ne quidem Laicum coram se, præsertim aperto capite, stare permittebat. Non minuet autem hæc humanitas authoritatem, & debitum Superiori respectum, sed augebit in subdito amorem erga Superiorem & confidentiam, vt patet experientia. Tractandi enim sunt subditi eo modo, quo à discretis parentibus tractantur Filij vxores habentes, non eo modo quo Domini tractat suos famulos minores. Idèd Romæ nec Magistri Nouitiorum, nec ipsi Præpositi Generales permittunt Nouitios coram se stare aperto capite: & si eos sunt diutius allocuturi, iubent sedere tecto capite; Sacerdotibus verò aduentantibus etiam assurgunt.

XV. De quauis minimâ re extraordinariâ vel inducendâ, vel immutandâ vel emendandâ, tam circa fabricam, quàm circa inuitationem hospitum ad Refectorium, & his similia, consultet cum suis Consultoribus, ita enim præcludet eis aditum murmurandi, quòd eis incòsultis aliquid faciat: & efficiet, vt suo factò apud alios ij defendant, si cui vderent displicere.

XVI. Quamuis necessarium sit omnibus attendere, vt suo officio benè fungantur, tamen immediatè per se nihil faciet spectans ad subordinati officialis munus: excepto eo casu, si tunc Officialis ille domi non esset, & res non posset sine incommodo vel damno differri ad illius reditum.

XVII. Nulli profus aperiat suum iudicium de suo subdito, quod si resciret, ille contristaretur. Experientia enim quotidiana docet, vix aliquem repetiri, qui talia sibi de aliis à Superiore dicta silentio premat. Idèd alicubi viget tale prouerbiū: *Nulli committas secreta, si ea prodi non cupis*: ad quam rem facit & illud S. Xauerij monitum: *Nil esse narrandum alteri à te, quod ei non narraffes, si prauidiffes eum postea fore offensum, & quod ab offenso sciri nolles.* Quod etiâ aliqui Philosophi morales commendant.

XVIII. Si pecunia Collegij vel templi à Rectore sub solius eius clauè feruetur, magnam meritò solet parere diffidentiam, in Procuratore & Præfecto templi; vti & hoc, si Rector per se ipsum, non per Procuratorem, vel Præfectum eam expendat pro vrbibus domus vel templi, idque est contra Regulas.

XIX. Quolibet mensè visitet omnia cubicula Fratrum & Patrum iis temporibus quibus manent in cubiculo, & interroget, an aliquid eis desit, & quæ erunt necessaria, statim prouideri euret. Quod ipsum etiam interrogare potest, dum suos in cubiculo suo alloquitur.

XX. Magnâ curâ attendat, vt omnes animet in suis occupationibus, laudando, & coram iis & coram aliis, eorum functiones & labores siue in scholis, siue in concionibus, siue alibi. Hac enim Superioris gratitudine, res difficiles redduntur faciles, & subditi valdè excitantur ad suas functiones benè obeundas. Quâ in re mirum in modum exellebat S. P. N. Ignatius: idèd quousque è domesticis putabat se ab eo valdè amari, etsi seuerè puniret domesticos defectus: suauissimo enim modo iniungebat pœnitentias, & grauitatem pœnæ suâ suauitate leniebat.

XXI. Caucat diligenter ne det occasionem cogitandi suis, quòd suspicionibus laboret, aut alicui non fidat. Tales occasiones esse solent, si sine rationabili causâ suspicandi, inquirat à domesticis vel à Sociis exeuntium, quid hic vel ille fecerit, dixerit &c. Cauenda est hac in re nimia iustitia, quâ si caruerit, per se alij non interrogati, referent de aliis, quæ dici oportet: amor enim & confidentia erga Superiorem, citius & faciliùs referenda referet, quæ suspiciosa inquisitio vel non assequetur, vel non nisi cum magnâ perturbatione, & diffidentia subditorum.

XXII. Permittat Ministro generalem facultatem, concedendi subditis largitionem munusculorum piorum, vti sunt imagines, reliquæ, rosaria,

rosaria, reliquiaria libelli pij, & his similia non pretiosa. Item habeat Minister concedendi facultatem bibendi domi extra tempore prandij & cenæ, & his similia, sæpe & omnino necessaria.

XXIII. Coram externis & verbis commendat, & factis honoret omnes suos subditos, tractando eos, non vt famulos, sed vt fratres natu minores, adultos tamen. Ita procedebat cum suis S. Ignatius.

XXIV. Si habuerit aliquid contra aliquem è subditis, non diu id coquat intra se, sed vbi se sentierit liberum, ab omni commotione animi, & viderit subditum benè dispositum, eo aduocato, placidè & benignè, etiam quoad speciem vultus, interroget prius, an ita se res habeat, & si viderit rem veram esse, tunc primùm moneat, vel alià ratione corrigat, sine signo irati animi, vt subditus non egrè acceptet iustam admonitionem vel correctionem.

XXV. Quantum fieri potest ipse potius præueniat necessitates temporales subditorum, quàm expectet, vt ab iis proponantur. Ad quod etiam se extendere debet horà considerationis Superioribus præscripta.

XXVI. Vno verbo, quoad suppeditanda necessaria, & recreatiua, omnes subditi ita tractentur, sicut tractari solent à Parentibus paruuli filij: quoad modum verò agendi, & procedendum cum subditis, eo modo tractandi sunt, quo tractantur ab honestis & discretis Parentibus filij adulti in matrimonio collocati. Si his modis tractentur domestici, non erunt domi gemitus, & murmuraciones, nisi alia peiora, sed omnibus videbitur suauissimum iugum Christi, & hac ratione tractati subditi, benè obibunt sua munia, & ad omnem perfectionem facilius impellentur.

XXVII. Ad cubiculum suum nunquam vltimè studiosum vocet, nec non vocatum admittat, sed ad portam, vt alios externos, expediat. Et quantum fieri potest, nec confessiones feminarum, nec puerorum audiat, si sint domi alij, qui id præstare æquè benè possint. Ita enim effugiet censuras aliorum, pace fruatur, & habebit plus temporis ad orandum pro Collegio, & ad legendos libros Instituti & alios, & ad tractanda & consideranda negotia Collegij & ad colligendam materiam pro Exhortationibus, & ad colloquia spiritualia cum domesticis.

XXVIII. Dum inuitabit externum aliquem hospitem ad prandium, siue Religiosum siue alium, det ei suum locum, & ipse inferiorem occupet.

XXIX. Nullum è nostris hospitem iubeat dare benedictionem ad mensam, aut occupet in officij Culinae vel Refectorij.

XXX. Cum Patribus magnæ autoritatis, quorum virtus eximia cunctis manifesta est, vtatur maiore confidentiâ, quoad lectionem li-

terarum quas ad alios scribunt, & eorum quæ ad illos mittuntur, quas expedit quandoque tradere eis occlusas, vel auellere tantum teniam seu custodiam quâ clausæ sunt, sed eas non legere, nisi fortè ob rescendam aliquam rem nouam nuntiatam, quæ ibi scripta putetur.

XXXI. Det operam ne vlli sint domi defectus publici contra obedientiam, & contra charitatem, vt sunt irreuerentiæ erga aliquem è Superioribus, etiam minoribus, vt sunt subministris verbo vel signo declaratae, & denigratioes famæ alienæ. Et si quid tale accidat, puniat sine respectibus humanis.

XXXII. In puniendis defectibus, modum pœnas iniungendi habeat suauem ac latum, sine vllâ demonstratione animi irati vel perturbati, & cum significatione amoris erga puniendum. Ita enim fiet, vt & pœnæ subeantur alacri animo, & amor ac confidentia erga Superiorem remaneat. Hanc ob causam, etsi à S.P.N. Ignatio, senerissimè, etiam disciplinis publicis, valdè parua linguæ peccata, speciem tantum detractionis habentia, castigantur, omnes temè etiam castigati, tenerrimè eum amabant, & valdè se ab eo diligere existimabant. Dum autem æqualis conditionis subditi datur pro eodem defectu pœnitentia, non datur vni maior quàm alteri. Et nunquam datur parua mensa, non audito prius eo cui illa datur, & non præmonito antequam ingrediatur Refectorium, ne si fortè accubuerit prius mensæ, quàm legatur culpa à lectore, cogat, inde exeundo, turbare assidentes eidem mensæ, vt ei dent locum exeundi. Quòd si Pater aliquis grandæuus, vel benè de Societate meritis, aut eximia probitatis, & ob virtutem famæ, aliquid faciat insolitum, & frater eius socius hoc ipsum facere coactus sit in gratiam Patris, non suâ sponte; nunquam soli socio det pœnitentiam ob eam rem, quia ita magis mortificaret illum Patrem, quàm si vtrique daret pœnitentiam, sed vel vtrique parcat, si res non sit scandalosa, aut mali exempli, & valdè exorbitans, & priuatâ monitione satis erit id primâ vice commissum corrigere; multò minùs pœna & correctio adhibenda est, si sit res non mala, & iustam habeat excusationis causam, secus facere, tyrannidem redolet, & cor nouercae Superioris.

XXXIII. Si contingat aliquid referri quasi dictum ab aliquo Patre magnæ autoritatis, quod iustam reprehensionem mereretur, si id dixisset, non faciliè credendum est, multò minùs ille Pater hac de re examinandus, nisi essent talia frequenter illi imputata, & tunc potius sub prætextu eius existimationis tuendæ, quàm titulo illum corrigendi, id ab eo placidè, & cum significatione beneuolentiæ interrogari possit, an id dixerit vel fecerit, si factum aliquid non bonum eius referretur, & tunc potius non interrogando eum, nec per modum examinatio-

nis id ei significandum esset, sed quasi obiter captata occasione aliqua dicendo ei exempli gratia. *Quantopere quandoque innocentibus aliqua adscribitur, quasi hoc vel hoc dixerit vel fecerit: nam & R. V. hoc vel hoc adscribitur &c.* & tunc cum minore confusione sui ille Pater dabit rationem sui dicti vel facti, vel negando, vel excusando, aut alio modo. Ita suavis res componetur.

XXXIV. Homines magnæ autoritatis inuitatus ad prandium, non per alios, sed per se ipsum inuitet. Et dum ad Ciuitatem veniunt, si eò rarò veniant (vt & ad templum nostrum) ipse quamprimùm officij causa visitet, & si sint primariæ autoritatis, & rarò ad templum nostrum vel domicilium venire soleant, ipse educat è templo, vel domicilio, cum ex eo discedunt, etiam si non venerint ad eum visitandum.

XXXV. Non accersat sibi res odiosas sine necessitate valde magnâ, præsertim in publico: vt esset, iubere lectorem repetere id, in quo eum Corrector lectorum monuit, si eius monitum auditu non percepit. Habebit enim alias occasiones, quæ contristabunt imperfectos, dum eos puniet, nomine proprii officij, non est opus nouas addere, & ad alterius officium spectantes. Quòd si lector proteruè ex malitiâ non repetiisset, quod debebat repetere, tunc, eo audito prius priuatim, re cognitâ, alio tempore publice punire potest, ad aliorum exemplum.

XXXVI. Ad consultationem adducat minimas quasque res, quas vult facere, vel introducere, vel mutare, tum ob maius lumen percipiendum (quia plus videt quatuor oculi quàm duo) tum ne habeant Consultores occasionem murmurandi, & vt defendant quæ statuentur. Quâ in re antequam consulat cum suis Consultoribus, petat etiam consilium à Coadiutoribus, quoad res spectantes ad illorum officia, vel in quibus aliquis illorum putaret habere aliquam experientiam & notitiam. Expertus enim ego sum sæpè, meliora à Coadiutoribus me audisse consilia solida & practica, quàm à Consultoribus, qui quandoque speculatiuè non practice dant consilia, vt dicitur, petita ex Cicerone vel Aristotele aut Nauarro.

XXXVII. Cibos non iubeat coqui iuxta suum palatium, vetando vel qualitatem vel substantiam ciborum, quæ suo gustui non arridet, sed sequatur communem Prouinciæ consuetudinem quoad condimenta & alia omnia, potius sibi aliquid extraordinarium parari curet, quàm vt id veteri apponi omnibus, quod alibi apponi solet, & eo modo conditi iubeat omnia, qui alijs in domicilijs seruat.

XXXVIII. Non tantùm necessaria suppediet in cibo & potu, sed cum quadam varietate, quæ honestam possit communitati recreatione adferre. Idèd in estate quando est copia fructuum,

loco casei (cui locus erit reliquis anni partibus) fraga, fructus varios dari iubeat: loco iusculi & fragmentorum pulmonis, lactucam, si videt eâ libentius à Communitate comediri: loco hordei quod datur toto anno, herbas benè coctas, vel ipsa recentia, vel caneros, vbi eorum est copia, vel cerasa aut poma cocta, vel pulres recentes filiginis tempore mellis benè butiro recenti conditas, & similia. Pro cenâ verò, nunquam dentur pulces ex milio (iagly) quia difficile digeruntur, & somnum impediunt.

XXXIX. Summo studio attendat ne in recreatione sint risus nimij seu cachinni, & vox clamosa, quæ etiam à distantibus, præsertim externis, audiatur, & ne sermones sint detractorij, & contentiosi valde. Idèd initio sui officij, si tale aliquid aduertat, moneat citò vel in Exhortatione, vel, quod quandoque facere potest, post litanias, & si post talem admonitionem, aliquis deliquerit, impunitus ne abeat.

XL. Si quis vel Collegio aut Domicilio eius promittat aliquod beneficium, vel conferat, statim, postquam id rescuerit, gratias ei agat, vel coram, si est in viciniâ, vel per literas, si non maneat in illâ Ciuitate vel oppido futurus aut presens benefactor. Quod seruandum est siue ille sponte suâ, siue alterius rogatu, vel ob respectum alicuius alterius, non Superioris, illud beneficium promiserit vel re ipsa præstiterit. Et dilationem gratitudinis sciat fore occasionem offensionis benefactori. Eandem ob causam, dum aliquis benefacere vult & petit, vt pro nostro beneplacito, rebus, quam, siue pro nobis ab eo emendam, siue em fundam, inquiramus, vel eligamus id, quo empto vel donato vult nobis gratificari, non differamus inquisitionem, & electionem talis rei, alioqui meritò putabit à nobis id non curari, & se despici, ac suam bonam voluntatem contemni, vel nihili fieri.

XLI. Horâ considerationis ad eò seridè Reoribus præscriptâ, non tantùm quoad temporalia negotia deliberet, quæ & quomodo ad bonum exitum perducenda sint, sed etiam, & quidem magis, quoad spiritualia. Primò, an, & quomodo sui subditi proficiant in spiritu, vt in fine anni sint meliores quàm in principio. Secundò, an, & quæ habeant impedimenta sui profectus. Tertiò, an, & quomodo concionatores materiâ & modo concionum seculares promoueat in bono. Quartò, an Confessarij diligenter & vtiliter in Confessionalibus suos ad meliora dirigant. Quintò, an ij qui conuersantur extra Collegium, cum fructu externorum id faciant. Sextò, an in scholis diligenter & cum fructu doceant discipulos Magistri. Septimò, an occupationibus scholasticis intenti, eas dirigant ad iuuandos in pietate discipulos. Octauò, an discipuli in templo sint deuoti, & suis temporibus audiant conciones vel exhortationes, & communicent. Nonò, an extra templa domi-

manendo bene se gerant, & ut bene se gerant, cum Praefecto scholarum sapè conferat. Decimò, an domestici mediis ad spiritus augmentam datis vtantur, & ea iis suppeditentur, ut est collocutio cum Patre Spirituali, Exhortationes bis in mense, & ea non speculatiuæ, sed practicae, & factæ ad coram domi aliqui conuersantur cum talibus, à quibus nocuum potius quam auxilium referunt. Ex quâ consideratione oriri debet admonitio paterna talium, qui liberius agendo, nocent focis, vel qui talium fociorum familiares magis essent quam meliorem. Ad hæc media spectat quotidiana & diligens visitatio omnium tempore meditationis & Examinum duorum. An recreationes religiosè petantur, & lectio librorum Spiritualem.

XLII. Sciat multum facere ad excitationem feruoris, si iuxta regulam Praefecti lectorum ad mentem, lectio sit pia & facilis, hoc est talium librorum qui non sint difficiles ad intelligendum (vt sunt Annales hystorici, disputationibus controuersis & annorum ac hystoriarum secularum combinationibus intricati) & apti ad mouendam pietatem, non tantum ad docendum intellectum. Ideo Romæ non nisi libri merè spirituales ad solam voluntatem pietate imbuendam & piis affectibus excitandam legi solent, ut sunt vitæ Sanctorum, etiam aliorum Ordinum, & alij tractatus spirituales diuersorum, quorum auditione (si lector valde lentè & non festinando, & vno æqualique semper tono, nec attollendo nec demittendo vllam syllabam legit) vehementer excitantur animi ad amorem & studia pietatis, non minus quam in deuotâ meditatione maruinâ vel communionè: vt certa demonstrat experientia.

XLIII. Non permittat, vt nostri fratres, dum communicant in templo, siue immediatè post sumptum, à Communicante eos, Christi Domini Corpus, siue post recitatum in fine Missæ S. Ioannis Euangelium, eo absoluto, statim è templo discedant, alibi suas deuotiones, seu gratiarum actionem solitam, continuaturi. Alioqui seculares, præsertim rudes, qui nesciunt nostros, ita discedendo è templo, continuaturos alibi suam deuotionem, & ad negotia alia non ituros, putabunt eos non amplius oraturos, & ita eorum exemplo, cum magnâ irrueretiâ Christi Domini in Eucharistiâ recepti, exhibent à templo, post suam communionem statim, & ad negotia profana se conuertent.

XLIV. Si vult, vt ei Deus in temporalibus benedicat, præter spem in Diuino auxilio, & preces ardentes, pro hac re quotidie suas, sit valde liberalis in quatuor occasionibus. Primò, in templo, concedendo ea quæ Sacristianus merito petit pro ornatu templi, vel sepulchri, vel altarium, præsertim in Bacchanalibus, & dum sanctatur solemniter more patrio cum plurimis

lampadibus & candelis, Rorate. Secundò, ad portam pauperibus, ne vllus sine aliquâ elemosynâ, saltem particulâ panis, abeat. Tertio, infirmis nostris, & conualescentibus in valetudinario suppeditando non tantum ea quæ medicus præscribit necessaria, sed etiam alia ad honestam recreationem, eo modo quo suppeditaret sibi vel P. Prouinciali, aut alteri simili personæ in simili occasione existenti. Quarto, sanis in Refectorio, & multò magis conualescentibus, si in eo comedant, non eligendo deteriora fercula ex iis, quæ dari possunt, sed meliora. Alioqui si hac in re, vt & in vestiariæ rebus concedendis parcus sit, certò magna damna patietur, vel in melle, vel in vineis, vel in piscinis, vel in morte pecorum, vel per incendia domi, aut in prædiis, vel per deuastationes militum, vel aliis modis, vt & experientia docet & hystoriæ Ecclesiasticæ. E contrario liberalibus benedicit Deus abundè, quandoque etiam miraculosè suppeditando & augendo necessaria, ac multiplicando, vt patet ex vitis tum aliorum Sanctorum, tum nostri S. Patris Ignatij, tum B. Ludouici Bertrandi, & P. Bernardini Realini, tum aliorum.

XLV. Res pro vsu Culinæ vel vestiariæ destinatas, non conseruet in suo cubiculo, sed illas in cubiculo Patris Ministri, has in cubiculo Patris Procuratoris. Tales res sunt, aromata, saccharum, charta, suppellex refectorij, panni & telæ stamina, ac pelles pro tibialibus vel caligis, quibus eo tempore vestiarius non indiget, clauiculi, clau maiores & similia. Alioquin Officiales supradicti, putabunt sibi non fidi à Rectore.

XLVI. Ita R. V. procedat in promouendo domesticorum spirituali profectu, & Dei cultu in templo & in Missionibus, & profectu Scholasticorum in scholis, & fructu animarum in omnibus nostris ministeriis, ne, quod merito de quibusdam Superioribus dici potest, dicatur de R. V. quòd non plus faciat in suo Superioratu quoad alios, quam faciat Magister postarum domi suæ. Hic enim non promouet suorum spiritualium profectum, sed hoc tantum, vt domestici habeant cibum, & porum, & vestitum, & sua munia circa epistolas accipiendas, ligandas, mittendas obeant, & ipse suas & aliorum literas mittit ad varia loca. Hoc & non plus verè videntur facere Superiores aliqui, qui plus temporis impendunt scribendis literis, quam considerationi & curæ de profectu spirituali suorum, & aliorum nostræ curæ in templis, missionibus, & scholis conceditorum. Ideoque non vrgent aliqui in priuatis colloquiis vt proficiant nec interrogant an proficiant, & quâ in re: alii qui verò nunquam colloquuntur cum subditis de hac materia, sed tantum dum, vel penitentias iniungunt, vel de aliquâ externâ re eos alloqui necesse est. Hinc fit, vt ita imperfecti subditi discedant ex Collegiis talium Superiorum,

& quandoque peiores quam venerint. Ad hoc caput spectat cura profectus Scholasticorum externorum, tum in aliis rebus (de quibus supra) tum vt deuote sacrum audiant. Ideo commendandum est paruulis & adultis (qui Meditationis vsum non habent, vti solent habere Religiosi) vt tempore Sacri, vel Rosarium Beatissimæ Virginis Mariæ lentè recitent, vel eius Officium, & alias preces approbatas ex piis libellis. Alioqui distracti erunt, vel nugabuntur, ac irreuerenter se gerent, vti quandoque fieri vidi inter Philosophos & Rhetores adultos, qui tanquam stipites sedent potius tempore Sacri, quam orent. Magistris autem nostris R. V. initio studiorum commendat tanquam rem perfectiorem, vt tempore Sacri, audiant illa quæ Sacerdos clarâ voce profert: dum verò submissè loquitur, ne tunc dicant coronam vel rosarium, quod tenentur dicere ex obligatione Regulæ, sed in aliud tempus id differant, Sacri autem tempore pij aliquid meditentur. Hoc enim expressè statuit P. Claudius in binis responsis ad duas Prouincias Galliarum, & est conforme Constitutionibus. Et quidem Pater Claudius Anno 1588. 15. Nouembris sic scripsit Patri Prouinciali Aquitanie: *De Rosario Missæ tempore recitando, nostrum quidem desiderium & voluntas esset, vt omnes nostri, tempus illud ad sanctum meditationi potius tanti mysterij impenderent, quam vocali illi orationi. Sed tamen si cui danda est licentia, vt aliquid recitet, debet fieri cum delectu, qui significatur 4. par. Const. vt scilicet pro ingeniorum & temporum ratione Superiores iudicent, quid sit melius. Atque hoc ipsum intelligendum est, tantum dum Sacerdos submissâ voce vritur, vt Constitutiones ibidem expressè indicant. Nam in reliqua parte Missæ non est permittendum. Et Anno 1609. 16. Martij ad Patrem Ludouicum Michælem Prouincialem Lugdunensem sic scripsit: *Rosaria quæ nostris iniunguntur à Catalogo precum & in suffragiis, non debent tempore sacri recitari, sed alio.**

Hoc quoque valdè curandum est, vt studiosi nostri sciant benè confiteri, quoad numerum & species peccatorum mortalium, tum externorum tum interiorum, ita ne Confessarius cogatur ipse hanc diuersitatem interrogando percipere, sed ipsi se benè explicent. Quod tempore Catechismi docendi sunt. Quod etiam R. V. per se facere poterit in scholis, dum iuxta præscriptum Constitutionum per 40. dies illum debet tradere. Et melius hoc ipsa R. V. per se faciet, quam Magistri nondum Theologicis doctrinis imbuti, vel casuum notitiâ. Curet præterea vt Sodales Beatissimæ Virginis magis adulti, doceantur practicum meditando modum, hac enim ratione facilius & peccatorum horrorem concipient, & ad studia virtutum, & vitæ perfectionis, siue in seculo, siue in religione excitabuntur: quod in Italia Confessarij Sodalium eum magno Adolescentum in virtute progressu

accuratè faciunt. Inuigilet etiam, vt quisque studiorum certum & eundem semper Confessarium habeat.

XLVII. Nunquam det aut dari curet, vel permittat vlli è suis penitentiam tempore cœnæ, alioqui fortè pauperculus malè dormiet, sed reseruet talia pro prandio, nisi quid aliud valdè graue urgeat, ob quod non debeat differri penitentia ad diem sequentem, quod rarò potest contingere.

XLVIII. Missurus aliquem ad aliud Collegium, tempestiuè præmoneat, non illo ipso die, quo discessurus est, sed aliquot diebus antè, vt possit valedicere amicis, in ciuitate & domitium autem interroget, an ei datum sit viaticum, & an sufficiens, & præterea an re aliquâ (præter viaticum) indigeat, an habeat interulam, bonas vestes interiores, calceos, & iubeat ei provideri omnia cum alacri vultu & affectuose: & tractet pridie iuxta morem Prouinciæ. Donet etiam aliquid pij. Denique ita omnes expediat, sicut expediret sibi carissimos, & vellet se expediri, si subditus esset.

XLIX. Non facilè curet personas sui Domitij amoueri ab eo, vel ab officio quod habent impositum, ob aliquos defectus, tum quia fortè peior eius loco submitteretur, tum quia est contra charitatem alteri dare ineptum, quo ipse carere vis, tum quia in hac vitâ rari sunt sine defectibus; tolerandi ergo sunt & corrigendi in illis defectibus, vix enim aliquis est incorrigibilis.

L. Quoad necessaria suppeditanda domesticis, præter liberalitatem, de quâ supra dictum est, curet vt res bonæ dentur. Satius est res suas deteriores vendere, & earum loco emere meliores, quamuis plus aliquid addendum esset. Præstat enim pari aliquam exiguam pecuniæ iacturam pro ordinariis rebus bonis emendis, quam vt subditi gemant vel murmurent: præsertim cum Deus alio modo compensare soleat abundè iacturam pecuniæ, quæ fit pro beneficio eius seruorum, vt tanquam Filij Dei benè & paternè tractentur, purè propter ipsum, cuius amore in mundum reliquerunt.

LI. Caueat opinionem merito improbandæ parcitatis, quæ sese prodit, dum rarò iubetur pinis panis, quò mensis apponatur durior, vt minus ex eo comedant. Non benedicit Deus talibus.

LII. Commoditates, quas in suo Cubiculo admittit, vel procurat, concedat, & det manentibus in communi hypoocausto, vti est suffitus tempore hyemis aliquoties in die, & vt fenestre ex tam bono vitro sint in communi Muleo, vti sunt in suo, & lectisternia Sacerdotum non sint deteriora suis.

LIII. Mensam totam panno tectam non habeat, quam alij non habent, & vt habeatur, permittendum non est. Ad summum illa pars mensæ supra quam scribit, panni frusto, & quidem vulga-

vulgatis, regi potest, si id necessarium sit ad mollius scribendum supra eam.

LIV. Initio quadragesimæ curet per se (vbi faciebat S.P.N. Ignatius) vel per Ministrum (vbi Romæ faciunt omnes Superiores nostrorum Domiciliorum) an aliquis indigeat vel mutatione ferculi alicuius, quod vel non potest ob nauseam naturalem comedere, vel quod expetitus est, verè sibi nocere. Item, an cum aliquo dispensandum sit in ieiunio, aut dandæ carnes, vel lacticia, vbi eis, diebus ieiuniorum velci nõ licet. Item an aliquibus dandum sit aliquid vesperi præ careris. Hanc enim curam exigit paternæ charitatis, quæ debet in Superioribus maior esse erga suos, quàm vigeat in matribus erga filios bonos sibi caros. Alioqui iustæ querelæ oriri solent, ex neglectu huius providentiæ, & merito à mediatis Superioribus discretis reprehenduntur.

LV. Præ die concionis diebus ieiunij vesperi, præter id quod in Collatione datur omnibus, addat aliquid extraordinarium æquivalens secundo ferculo, Concionatori, vel si id ille malit, ante Concionem, vt habeat vires pro concionando. Quod si quotidie quis diebus ieiuniorum concionetur, cenam ei plenam det, vti vbiq; fit in omnibus Prouinciis Italiæ.

LVI. Vt & minus expendatur pecuniæ, & res meliores emanant, vt Communitati melius provideatur, res in nundinis in magnâ copiâ emendæ sunt, quæ ad eas aduehuntur tempore nundinarum, vti sunt aromata, oleum, pannus, chartæ &c. & pisces salsi, recentes verò in Quadragesimæ initio, sed antea comparati iubeat Procuratori.

LVII. Triturantis subditis, & mensurantibus frumenta triturata, ad sit villicus iuratus, vel scriba, alioqui magna furta fiunt. Et stramen è manipulis trituratis reiectum inspicatur, an omnia grana excussa sint, sæpè enim ni attendatur triturantibus, ferè mediâ pars granorum ab eis non excussa in stramine relinquuntur.

LVIII. Conuectis in horrea omnibus manipulis post messem, præsentè semper Procuratore, à diuersis cumulis accipiat sexagenâ manipulorum, vt agnoscat quot modios frumenti triturati dabit. Hæc enim probâ, vt dicitur, factâ, cognosci poterit, quantum sit frumenti ex reliquis manipulis sperandum, & ita non faciliè furta committi possent à villicis.

LIX. Dum pisces & piscinis ad Collegium vehuntur in vasis, ne in eis moriantur, prius tres partes vasis aquâ frigidâ recenti repleantur, tunc demum immitantur pisces tot, donec aqua cû illis affurgat, ad superiorem vasis partem, & superius foramen. Deinde quoties in via aqua recens occurrerit, infundatur noua aqua ex alto, per superius vasis foramen, per quod sunt immulti pisces, & infundatur cum impetu, vt re-

rens aqua supernè infusa priorem quasi extrudat è vase.

LX. Dum domi habet hospites nostros vel externos, siue sint inuitati tantum ad prandium, siue sint aliquot diebus tantum mansuri, & paulò post discessuri aliò, eos & ad prandium & ad cenam comitetur ipse, & quantum fieri potest si prope illos habitet, ipse euocet è cubiculis eorum, vel si remotiora sunt, mittat, pro illis aliquem, qui eis indiceat horam comestionis aduenisse, & è loco viciniore eos ad refectorium deducat, & penes se ad mensam collocet, si sint nostri, si verò externi ante se det illis locum honoratiorem, suoque loco eis cedat. Alioqui signum quoddam contemptus est, hoc humanitatis officium hospitibus non exhibere, etiam si sint inferioris gradus; dummodò tamè nostri hospites sint Sacerdotes.

LXI. Non faciat Consultationes illis diebus, quibus sunt occupati Consultores, & quibus esset valdè incommodum a desse Consultationi, vti sunt dies Concionem præcedentes, pro Concionatoribus.

LXII. Quæ ad aliquem è subditis scribuntur, vel à subditis ad alios, si contineant materiam, quam subditi nollent sciri ab aliis, caueat ne vili alteri manifestet, talis enim manifestatio pareret diffidentiam, & animi auersionem in subdito. Eodem modo si quis Romam ad P.N. Generalem, vel P. Assistentem scribat, vel ab aliquo eorum literas accipiat, id aliis non indicetur; solent enim ex hac notitiâ alij sinistras concipere opiniones de tali subdito, vel tanquam de accusatore aliorum, vel tanquam de reprehenso vel monito Romæ de aliquo defectu. Ideò nollent ab aliis sciri talium literarum missionem & acceptionem.

LXIII. Eandem ob causam iudicia subditi de aliorum talentis naturæ vel gratiæ, si non sint fauentia, audita immediatè à subdito, sincerè cum suo Superiore agente, aliis indicanda non sunt, multò minùs illis ipsis de quibus facta sunt, est enim species susurrationis; (etsi non intendatur discordiarum seminatio,) & præbet iustam causam subdito, ne deinceps syncerè se & suo Superiori aperiat.

LXIV. Multò minùs defectus subditi sunt alicui vel domestico vel alteri manifestandi, quod summopere S. Ignatius cauebat.

LXV. In Consultatione de defectu aliquo grani subditi, qui non sit publicè puniendus domi, sed Superiori maiori significandus, si sit instituenda consultatio, non nominetur subditus, tum ne infametur sine causâ, tum vt rectiora dentur à Consultoribus consilia, quæ solènt deuiare à rectitudine, vel affectu amoris, vel ex animi aliquâ auersione ab illo. Si autem ignoretur delinquens, non habent occasionem hi duo affectus inordinati, ad impediendum rectum & verum iudicium Consultorum.

LXVI.

LXVI. Non tantum Patrum Spiritualium, & similibus Sacerdotum, habenda est ratio in dandis eis poenitentis publicis (vti supra dixi n. 13.) pro raro, occulto, & leui aliquo delictulo, sed etiam idem suadeo seruandum cum iis fratribus, qui in Communitate viuunt ceteris melius, hoc est, magis seruant Regulas, & habentur pro personis valde spiritualibus: talibus enim data poenitentia pro rara leuique aliqua violatione regulæ, in aliis qui ab iis iuuantur, causant offensionem, & in debiliores ac teneris diminutionem bonæ opinionis de illis, ex qua sequi solet, ne deinceps sic punitorum consilium, & bonis monitis ita credatur, vti facerent si non audirent & viderent eos punitos, & esse similes aliis delinquentibus. Hoc autem multo maius malum est, quam non iniungere talibus poenitentiam, etsi eam quandoque mererentur. Priuata admonitio talibus sufficit.

LXVII. Si contingat aliquos ingredi cubiculum alterius sine licentiâ & graui necessitate, contra æquitatem est, dare poenitentiam illi, cuius cubiculum alij ingressi sunt, eo ad ingressum illorum non inuitante.

LXVIII. Contra æquitatem & charitatem quoque omnino est, etiam sine iniunctione poenitentia, nominare in poenitentia publicâ, (quâ puniuntur ingressi, sine licentiâ & necessitate graui, cubiculum alterius) illum, in cuius cubiculum isti sunt ingressi, eo inuito & non cooperante ad ingressum, sed ij tantum nominandi sunt, & sic puniendi. Quia ingressi sunt sine licentiâ in cubiculum cuiusdam Patris vel Fratris.

LXIX. Cauet R. V. ne quenquam de subditis suis accuset Patri Prouinciali vel Patri Generali, nisi prius eum correxerit, quod si correxit, & is se emendauit, non est necesse illum accusare alteri, & bis punire. Pluris enim fit talis accusatio, quam poenitentia ab immediato data. *Quod sibi non vis fieri, non facias alteri.* Habet locum etiam in hoc casu hoc naturæ dictamé, nec Deus punit idem peccatum bis, postquam semel sufficienter puniuit.

LXX. Non permittat vllum promoueri ad Presbyteratum, nisi præmissis Exercitiis octidierum, quod enim magis præparatus vltimum hunc characterem suscipiet, eò maiores gratias sacramentales Ordinis sacri habebit, pro munis Sacerdotalibus, cum magno merito & fructu, exequendis. Sacerdotio verò suscepto, si ne vllâ dilatione primitias eum celebrare curet, ne dilatione, ob causas humanas, impediatur illa Dei gloria, & animarum in purgatorio auxilium, & viuentium, quod confert quoduis Sacerdotium Missæ. Fædum est, ne fiat sumptus in Refectorio pro primitiis, eas differre ad festum vicinum celebre, vt, vnâ fidelia (vti dicitur) duo parietes dealbentur.

LXXI. Literas ad subditum missas, quam pri-

mum potest ei tradat vel mittat, postquam eas prius legerit, & à subditis ad alium scriptas non detineat sine causâ ad postam sequentem, sed in proximâ mittat eò quò mittendæ sunt.

LXXII. Dum fratres in horto comedent, die recreationis, æstiuo tempore, procuret vt frigidum habeant potum, nam & minus bibent, & salubrius, & non murmurabunt si calidus sit potus. Ideò pridie expedit ante noctem præmittere potum bibendum, si est cellarium in horto, vt per noctem refrigeretur potus, alioqui die ipso recreationis missus, concutietur in vase, & erit calidus ac aqueus, si non curru, sed per aquam transfueretur. Et cum Christus in fratribus amari debeat à Superioribus, id etiam subditis pro honesto solatio corporis & victus præstandum est, quod R. V. præstaret, si Christum cum suis Apostolis tractare deberet, nolentem nisi ordinarium cibum & potum, sibi in horto præberi. Et sic omnes Sancti Superiores, suos subditos tractabant.

LXXIII. Patres antiquos & senes (nisi certò cõstet ipsos id expetere) nunquam mittat (præsertim si pluat, vel sit æstus, aut ningat) ad loca remota & incommoda pro Missæ Sacrificio offerendo, & aliâ re simili, quæ per iuniores Sacerdotes expediti potest. Satius enim est id per iuniores præstari, & senes domi relinquere, tanquam debiliores, & maiore respectu, etiam ob solam ætatē, (quamuis alia merita deessent) digniores.

LXXIV. Si aliquid in subdito displiceat, moneat illum antequam accuset de illâ re Superiori maiori, vel æquali, æqualem per literas non excitando, admonendum de eâ re subditom. Nam si id is postea (vti sæpè contingit) agnoscat hanc præctiam, alienabitur à Superiore, si imperfectus sit subditus, vel certè habebit eum pro non sincerè agente; cum quod per se poterat impedire, sine sui infamatione vel traductione, id per alium tentarit.

LXXV. Exercitia octidiana non permittat fieri à fratribus statim post finem datum studii, sed immediatè ante initium studiorum; ita vt absolutâ Collectione octiduanâ, habeant aliquot dies ad se recreandos. Alioqui si inter finem Collectionis octiduanæ intercedent aliquot hebdomadæ vacationum, in quibus solent viuere liberi nostri iuuenes & scholastici, euanescent fructus Exercitiorum, ante initium studiorum: quæ sanè inchoanda sunt, cum feruente spiritu, (qui in Exercitiis accenditur) ne is feruore studiorum (qui solet esse eorum initio,) intepefeat. Hoc in Collegio Romano diligenter obseruatum vidi, & aliis in locis, vbi Superiores magis attendunt suorum promouendo spiritui, quam rebus temporalibus.

LXXVI. Petenti subdito vt possit in aliquo casu confiteri alteri Patri (maximè si vir bonus sit, & amans disciplinâ & Superioribus vnitus)

HOFF

non negat pro vna & altera vice licentiâ. Quamquam si intercederet aliqua grauis diffensio inter Confessarium communem Collegij, potest subdito (& expedit) dare licentiam confitendi Ordinarij alteri (si nō sit in Collegio secundarius Confessarius, vti esse debet, ex decreto Clementis Octauj, etiam in paruis Domicilijs nostris, & ex declaratione Urbani VIII. Anno 1634. 25. Novembris, & acceptatione ac Responso dato à R. P. Mutio Generali) qui iudicetur profuturus, non obfuturus illi subdito.

LXXVII. Procureat ne Confessarius & Pater Spiritualis, sui Domicilij, habeat vllum officium domi & foris, seu in scholis, in quo sit occasio offendendi domesticos, qui ei confitentur. Illud sanctè seruatur in Hispania aliisque Provincijs benè ordinatis. Idcirco nec Præfectus lectorum, (ne det Repere in mensa) nec Præfectus Scholarum, nec Cancellarius debet esse is qui est Confessarius Collegij vel Pater Spiritualis. Quia non habebunt necessariam confidentiam subditi ad illum. Eandem ob causam, nullo modo expedit, vt is qui Confessarius est, vel Pater Spiritualis, sit Collegij vel Domus Consultor, quia est, non debeant nec soleant adhiberi Consultores ad Consultationes de Personis, si sint simul Confessarij, tamen hoc ipsum quod sit Consultor, arceat non parum subditos à debita confidentia. Experientia enim docuit, tales extra tempus Consultationis, ferre iudicia de personis talia, qualia non tulissent, si non audiuissent Confessiones eorum de quibus talia tolere iudicia.

LXXVIII. Quando aliquis non comedit aliquod ferculum vquam, (maximè in Quadragesima, & quando non est cæna) propter nauseam, vel quia nocere sibi dicit, aut quia nunquam illud comedit, omnino curet illi dari aliud, & satis est (vti in quadam epistola monuit & P. Claudius & P. Mutius Generales) decipi à subdito, quam id ei negare, & dare occasionem murmurationis, & querelarum, quas amans Deum Superior præuenire & impedire debet, quia maius malum est offensa Dei per tales murmurationes, quam iactura illius ferculi quod subditus petit. Et qui sincerâ intentione gubernat Religiosos tanquam Filios Dei, non tanquam mancipia, nunquam talia negabit. Immo nec Patres familias discreti negant talia suis honoratis famulis, & opifices foenis, multo autem minus filiis. Equum autem est, (vti dicebat S. P. N. Ignatius in similibus occasionibus) vt eis qui propter Deum reliquerunt mundum, & omnia mundana, & ingressi sunt Religionem, in Religione prouideantur necessaria, quæ non potest æquè benè nosse Superior, vti subditus, cui hac in parte credere vera charitas paterna suadet. Et talis charitas fuit in Societate à tempore S. Ignatij semper Romæ, & in alijs Provincijs, in quibus gubernant paterno more

Lancij Opusc. Tom. 2.

& discreto Superiores, seruantes illam legem naturæ: *Quod tibi velles fieri, facias alteri.* Qua in re admirabilis erat charitas & prouidentia P. Bernardini Realini, qui cum esset Superior, etiam dum aliquis vna tantum vice non comederet cibum aliquem in prandio vel cæna, quem aliàs comedere solebat, statim repente iubebat dari alterum, qui, si non esset coctus antea, tunc miraculosè, citò à coco coquebatur, & submittebatur, idque sæpè fiebat: Deo, miraculo charitatem Sancti senis de futurorum necessitatibus solliciti, remunerante.

LXXIX. Quando aliqui Patres vel hospites vel domestici discedunt ad aliud Domicilium in eo mansuri, comitetur eos ad curram, ita vt discedentes videat, incredibiliter enim hæc humanitas, deuincit subditorum animos. & si purâ intentione id fiat propter Deum amatum in suis creaturis, (præsertim rationalibus, vti Regulæ faciendum præscribunt,) valdè magnam Dei benivolentiam conciliabit sibi talis Superior. Et ita vidi fieri Romæ, non tantum à Superioribus, sed etiam ab alijs primarijs Patribus, & ipsijs Assistentibus P. N. Generalis.

LXXX. Si viderit aliquem facientem aliquid non graue (v. g. violantem silentium) ingressum esse in cubiculum alterius, vel aliquid simile) (satis magna erit penitentia, hoc vidisse, si delinquentes aghouerunt se à R. V. esse visos, non suaderem tunc dare illis penitentiam in refectorio. Secus si ea à Patre Ministro & ab alijs visa fuerint.

LXXXI. Si Pater Minister ob aliquem defectum, in aliquem subditum inuectus fuerit acriter, non permittat aliam ei penitentiam iniungi, satis illa erit acris reprehensio. Alioquin (in hac nostrâ infirmitate humanâ) ille subditus magnam concipiet auersionem ab illo Ministro, (vt docet quotidiana experientia) quæ est maioris momenti, & magis vitanda est, quam illa penitentia; nec Deus bis punit peccatum semel sufficienter punitum.

LXXXII. Non concedat Patri Ministro, vt vlli det paruam mensam sine scitu R. V. & non nisi vocato & audito eo, cui ea danda est. Quia hæc ratione effugiet multas graues querelas, quas quandoque accersunt, imò sæpè Ministri imprudentes, dum puniunt eum, qui talem vel tantam pœnam non est promeritus.

LXXXIII. In reprehendis defectibus, etiã grauib, imitetur S. P. N. Ignatium, qui, vt de eo scribit P. Ribadeneira, per triginta & amplius annos, ne fatuum quidem aut stupidum appellauit quenquã, alioque contumelioso verbo affect, (& quidè Fundator Societatis, & Præpositus Generalis) *Quod in obiurgationibus* (inquit Ribadeneira) *sæpè obseruauimus, vt sermonis grauitate adiunctâ acerbitas tamè omnis abesseret, neq; verbo morderet quenquam, sed rerû seriâ explicatione cõpungeret.*

Neque

Neque enim quenquam, cum asperius etiam obiurgaret, vocabat aut non obedientem, aut superbum, aut meritem & pigrum: sed quid cuique inesset vitii, rei explanatione ostendebat, multò minus vocasset Coadiutorem. Rusticum.

LXXXIV. Inuito & reluctanti (præsertim si sit alicuius momenti homo,) non suadeo dare pœnitentiã tunc dum reluctatur: sed postquam deferbuerit. Quod ut succedat felicius, imitetur S. Ignatium; de quo sic scribit Ribadeneira: Si quid à quopiam esset commissum, quod pœnã expiandum iudicaret studiosè dabat operam, ut qui in culpã esset, culpam agnosceret: eamq; non verbis, sed rerum pondere exaggerabat. Tum ut pœna modum ipse sibi statueret, qui deliquerat: de quã tamen pœnã si graui videretur, multum detrahebat Ignatius. Ita fiebat, ut integrã beneuolentiã, nil tamen esset impunitũ.

LXXXV. Seruet & hoc, quod ibidem subdit Ribadeneira: se ab errore reuocantes, æquè complectebatur ac suscipiebat, ac si nihil deliquissent: ut præsentĩ beneuolentiã, illorum minueret verecundiã, & omnem errati memoriã sempiternã obliuione deleteret, nec vulneribus modò sed cicatricibus etiam medebatur.

LXXXVI. Denique seruet quod idem scribit de eius commiseratione præsertim erga infirmos l. 5. c. 8.

LXXXVII. Peculiarem adhibeat & quotidianam diligentiam & curam, ut nostri domi & foris, seruent regulam nonam modestiã, ne incedendo instat seminantium agitent manus, quod etiam veteres Sancti & Cicero damnant. Et ob id non seruatiã vilescit Societas apud externos, qui contrariã immodestiã Nostorum incedentium, concipiunt malam opinionem de eã. Idèd S. P. Ignatius huic rei vehementer attendebat, & solebat ipse ex quodam loco nostros aspiceret transeuntes, & si quem deprehendisset non debitiã modestiã procedentem, puniri iubebat.

LXXXVIII. Non adit vnquam Fratri scissuro porciones piscium vel carniũ, in macello aut dispensa, tum quia ad Ministrum hoc spectat, quinimò ne quidem ad Ministrum, solus Dispensator vel cocus id præstare potest: si discretus sit, & nec parcus, nec profusus; tum quia incurret opinionem parci Superioris, præsertim si resciaht Subditi ab eo iuberi paruas porciones scindi, quod maius malum est, quàm iacturã vnus vel alterius solidi; si dentur porciones, uti communiter dari solent, non parua. Compensat aliunde Deus, si dentur in ordinariã quantitate Fratribus res eis necessarię. E contrario miris modis Deus punit parcos & miseros Superiores in ipsis rebus ad victum spectantibus, uti recentia etiam exempla declarant.

LXXXIX. Audiat patienter eos qui vel sponte vel interrogati se volunt purgare, nec, dum se purgant, eorum sermonem interrompat, multò minus abrumpat, & rationi det locum, nec

facile ostendat se non credere, nisi euidentiſſimè sciat, falsò se purgare aliquem, & tunc conetur eum falsi conuincere sine vlla asperitate & acrimonia verborum.

XC. Valdè præclara sunt Monita & Exempla P. Baltharis Aluarez, quæ suadeo legere aliquoties in anno & practicare. Sunt autem posita in eius vita à pag. 256. Capite 23. 24. 29.

XCI. Nullas inducat nouas consuetudines, etiam pias, (vri sunt præscribere publicas Litanias de Beatissimã Virgine, Sacrum qualibet hebdomadã dicere, vel Coronas pro aliquã necessitate; quod vetat Regula 4. Rectoris.) Quia etſi possit aliquid noui inducere probante Superiore, non sic tamen id quod omnes obliget ad aliquid, insolitum in aliis Collegiis, in suo Collegio Ordinariè faciendum.

XCII. Dum rescit aliquem defectum domestici notum externis, hoc non per se examinet, sed per aliquem, quem scit carum esse illis externis, huic enim sine metu citius & sincerius reaperient, quàm Superiori, veriti ne ille domesticus, delatus ab iis, puniatur ab illo Superiore, & ita ipsi eius offensam incurrant, & ob id ab eo aliqua deinceps patiantur.

XCIII. Imitetur charitatem Sancti illius viri P. Bern. Realini, qui, etſi aliàs mensè accumbens, demissos semper haberet oculos, tamen dum Superioris munera obiret, perpetuò mensas Fratrum circumspectabat, diligenter attendens, ne quid alicui deesset, præsertim panis, qui, ut quotidiana ostendit experientia, solet, ob incuriam seruientium ad mensam multis deesse. Et quia non omnes sunt tam immortificati, ut, quod iuxta Regulam 35. ad assidentem spectat, eum sibi petant adferri, contingit, ut ij qui sunt exacti in seruandis ad literam Regulis, & libenter acceptant occasiones se mortificandi, multum patiantur ob defectum panis, & etiam alia edulia, quæ sine pane honesti homines non comedunt, intacta ad culinã referenda suo tempore relinquunt. Idèd moneat quandoquæ vel priuatim, vel omnes in communi, & post allatum secundum ferculum, circumspectans, quantum panis ante se vnusquisque habeat, ut maturè adferatur, si viderint ad finem mensæ necessarium fore alterum. Et doceat ita panem allatum in mensa reponere, ne is qui illo indigebit mortificetur, quasi multum de pane comedens. Proinde non ad illius orbem illum ponat, sed in margine mensæ, ut & ille, & socius illi assidens, si egerit, illum, cum opus erit, accipere possit.

XCIV. Si aliquando in suo Collegio habeat Seminarium nostrorum, vel Rhetorum, vel Philosophorum, vel Theologorum, qualibet hebdomadã faciat illis Exhortationes, (sed præcticas non quæ tantum doceant, & sint ordinatæ SS. Patrum sententiis, verum quæ moueant affe-

affectum audientium ad amorem alicuius virtutis in particulari, vel vitij fugam) tum quia id regula 25. Rectoris omnibus Superioribus conceditur quia P.N. Generalis hac in re voluntatem suam declarauit per literas non semel scriptas, ut in talibus Collegiis quavis hebdomada haberentur. Nec id Provincialis vetare potest, aut alter maior Superior, quia non potest vetare id, quod regula concedit, vt sancitum est in Congregatione 7. Generali.

XCIV. In officiis extra Collegium exercendis (vt sunt Præfectura templi, scholarum, Congregationum, & his adiuncta vel subordinata) caueat ne illis præficiat ex eo genere Patres & Fratres, ex quo nunquam antea præficiantur Exempli gratia: Quod semper antea Theologo iniungebatur, non iniungat Philosopho: Quod Patrum operariorum alicui commendabatur ordinari, non iniungat Professori: quia res melius procedent, & sine eius inuidia, & personæ cui aliquid tale iniungeretur, quod alias dignior, vel alterius conditionis homini iniungebatur ab aliis Superioribus.

XCVI. Quamdiu fratres remotiores à mensa Patrum nondum suum postpastum finiuerant, non iubeat cessare à legendo Lectorem ad mensam. Hoc amantes fratrum Superiores magis, in omnibus Proincijs obseruasse notauit.

XCVII. Non sit primas ad componendum suum lineolum, siue vt vocant, seruet; sed vltimus, (vt solebat S.P.N. Ignatius, & data opera modo facit P.N. Generalis Mutius) quia si hoc videant Fratres, statim etiam suas component, nec comedent tantum, quantum ad satisfaciendum nature opus esset. Quà in re admirabilis erat charitas S.P. Ignatij, vt propter vnum solùm, sub finem mensæ, ad eum venientem, quando tantum vnum frustulum panis post expeditum postpastum habebat, iubeat adferri omnia fercula ex culina pro illo hospite, & ipse tam dextre simulabat se mandere illud frustillum exiguum panis, donec omnia fercula hospes absumeret, quod S. Pater faciebat, ne ille hospes solus erubesceret comedere, si non videret S. Patrum aliquid comedentem.

XCVIII. Snadeo, vt ter vel quater in anno, & ne obliuiscatur, hoc faciat in quatuor temporibus anni Ecclesiasticis, legat quæ sanctæ memoriæ P. Claudij præclare scripsit improbandam asperitatem Superiorum, & suauitatem commendandam, & actus vtriusque recensens, in aureo illo libro Industriarum. Et primam Epistolam eiusdem, præsertim id, quod scribit pag. 103. antiquæ editionis. Multi enim Superiores non seruunt ea, quæ is seruanda & vitanda præscripsit & Sanctorum autoritatibus comprobauit: id eoque tot tentantur, & à Superioribus auersum affectum gerunt, & sub dulci iugo Christi miseri gemunt, & ad loci vel Superioris mutationem anhelant.

Lancij Opusc. Tom. 2.

XCIX. Caneat diligentissimè, ne semel malam opinionem de subdito conceptam semper retineat, & iuxta illam de eo coram Superioribus maioribus iudicium ferat, & informationes scribat. Nam & mali conuertuntur, & propter vnum vel alterum defectum, non est vniuersale & perpetuum ferendum iudicium, vt non fertur, si in alio subdito, sibi præ cæteris dilecto, vnus vel alter similes notentur defectus. Vna hirundo, vt est proverbium, non facit ver. Scelestum esse oportet talem subditum, qui monitus non semel, non se emendat. Sed qui malo affectu erga subditum præditus est, etiam si miracula faciat, ei non placebit, suo, non illius vitio, propter iniquam animi auersionem ab illo, quæ Christi vices gerentem valde dedecet, & à Deo seuerè in altera vita, & quandoque in hac punitur.

C. Quando occurrunt festa extraordinaria, quæ non sunt notata in Rubricella Diocesis (vt sunt Dedicatio templi, Reliquiæ principales, quæ ex Decreto Congregationis Rituum, postulant officium Duplex vel semiduplex) curet in prandio, post absolutam lectionem, moneri à Lectore ad mensam. Patres, vt dicant Vesperas & sequentis diei Officium, prout dicendum est extraordinariè iuxta Rubricas Breuiarij Romani.

CI. Initio ætatis incipiat facere provisionem lignorum pro futura hyeme, vt ante finem ætatis, immò ante medium illius, sint omnia ligna ad Collegij aream aduecta, seruitura pro tota hyeme sequenti. Vt interim exsiccentur per ætatem, Non satis autem est, conuehere truncos integros & arbores, sed opus est, vt ita ligna omnia sint lecta & dissecta, in cumulis posita, in eâ mensurâ, in quâ solent intra fornaces poni à calefactoribus earum.

CII. Non assumat officium Ministri & Procuratoris & Præfecti Ecclesiæ & aliorum primariorum Officialium Domus vel Collegij perse tractandum, sed vt scripsit S.P.N. Ignatius ad Provincialè Lusitanie teste Maffeiol. 3. c. 10. *instar excelsi cuiusdam motoris, orbis tibi subiunctos, (id est, Officiales) æquabiliter & cum grauitate citere pergas, à quibus deinde, vt à proximo causi, propria cuiusque effecta proueniunt. Quod si feceris & plura & magis tuo muneri conuenientia, sine tumultu ac trepidatione conseceris. Præterea illud est in hac ratione commodi, quod si quid in agendo peccetur, eius peccati præstat in tuis administris, quàm in te residere culpam: ac multo magis decet, quicquid ipsi deliquerint, corrigi abs te, quàm si tu erraueris (quod per facile est singula curiosus persequenti) te ab inferioribus emendari. Ideo valde imprudenter & contra morem bonorum Superiorum faciunt illi Superiores, qui Oeconomis nostris secularibus vetant, ne quicquam ad Collegia mitant ex prædijs, sine scheda sua. Ita enim & Procuratores & Ministri, merito offenduntur, dum quod ad eos propriè spectat, sibi Superior usurpat.*

Q 2

CIII.

CIII. Tempestiue curet, vt ante initium veris, & ante hyemem in autumno, vestiarius habeat parata omnia quæ ad Patrum & Fratrum vsum sunt necessaria vestimenta interiora & exteriora. Quod si pro hac re non sunt pecuniæ Domus, accipiat eas aliunde mutuo, sperans in Deo, illum hoc debitum extincturum. Promisit enim in Euangelio Matth. 6. v. 25. vsque ad finem. Qui politico spiritu gubernant, nisi habeant in cistâ vel crumenâ, non audent res necessarias pro Collegio comparare, sed qui sperant in Deo, contrahunt debita pro necessitatibus domesticorum. Nam nunquã eos Deus deserit, qui propter Deum prouident necessaria etiam ære alieno contracto, vti dicebat S. P. N. Ignatius, & refert P. N. Generalis Mutius in sua epistola, quam scripsit tempore primi seculi Societatis in fine pag. 28. fin. 29. init. Quod & antiqua & noua exempla demonstrant in historiis Ecclesiasticis & nostris posita; Imò ob defectum spei in Rectoribus, Deus quandoque punit eorum Collegia, vti reuelauit nostro Fratri Alphonso Rodriguez, & habetur in eius vitâ, & in Processu factò pro eius Canonizatione.

CIV. Nunquam inchoet nouas fabricas simpliciter non necessarias, imò & necessarias, quæ in aliud tempus differri possunt, sed prius prouideat necessitatibus, vestiariæ sacrariæ, bibliothecæ, rectis Domus stillantibus, & his similibus.

CV. In Consultationibus non satis est legere memoriale relictum in vltima visitatione, sed aliorum etiam memorialium antea relictorum puncta illa sola, quæ nondum sunt executioni mandata. Et semel in Mense Memoriale R. P. Visitatoris, si id ab eo præscriptum sit.

CVI. Si super sit pecunia vel ex redditibus vel ex elemosynâ, eam prius conuertat, in res quæ immediatè seruiunt subditis, vti sunt vestimenta, hoc est pannus, tela, aluta, pilei, pellicei, quàm pro augendâ non necessariâ suppellectile templi, sed tantum seruiturâ pro pompâ vel quodam splendore, etsi non malo, quia Deus magis curat templa viua filiorum suorum, quàm templa murata, cæteris paribus.

CVII. Si non inuenit in Collegio, ante se in vno libro benè compacto, exemplaria legibilibiter descripta, omnium Priuilegiorum ad Foundationem Collegij sui spectantium, curet describi ex originalibus, vt occurrente aliquâ necessitate vel litis, vel alterius molestiæ, possit lectione exemplaris descripti defendere Collegium, priuatim prius, deinde, si cogetur, in Tribunali iudicario. Habeat autem omnia talia priuilegia originalia simul collecta & reposita, sub clauē in Archiuo, singula notata aliquâ Alphabeti litterâ, etiam exemplaribus descriptis, adscriptâ, vt facilius, possit inueniri Priuilegium Originale.

Idem seruet in Donationibus perpetuis, seu, vt vocant, Inscriptionibus perpetuis ac Intromissionibus. Et alius similibus scripturis, siue pertineant ad lites, siue ad alia maioris momenti negotia.

CVIII. Quoniam verò Scripturæ ad lites spectantes solent esse tam multe, vt agrè possint eorum exempla describi, curet vt ad singulas lites & finitas & nondum finitas spectantia scripta, simul colligata feruentur in Archiuo, & omnium Catalogus seu Index accuratè descriptus habeatur, quo inspecto, facillè Procurator possit agnoscere & inuenire, citationes tam actiuas quàm passiuas, protestationes, relationes Ministerialium, Decreta Iudicum, & his similia.

CIX. Non permittat vt vllus Fratrum Scholasticorum, multò minùs Coadiutorum, faciat Exercitia octidua sine Patre aliquo graui Directore, tum quia id est contra morem Societatis, à temporibus S. P. N. Ignatij continuatum, tum quia Deus magis concurret ad bonum fructum ex Exercitiis decerpendum, dum etiam valde spirituales Fratres & Sacerdotes in simplicitate & humilitate alterius directioni se subiiciunt. Idè in Collegio Romano etiam Sacerdotibus, non adeò antiquis in sacerdotio, dantur Exercitia à Patre Spirituali vel aliquo alio æquivalente. Et S. Carolus Borromeus, etsi esset incomparabilis Magister Spiritus, vti eius Opera impressa in Actis Mediolanensibus declarant, & ex vitâ eius apparet, & ex fructibus Exercitiorum nostrorum, quos scripto annotabat, tamen nunquam voluit illa facere (faciebat autem ea bis quotannis) sine aliquo Patre nostro Directore, & hoc non contentus, volebat, vt ipsi & eius familia (quam ad idem faciendum inducebat) puncta Meditationum ad singulas horas distinctè dicerentur, etiam noctu pro primâ horâ. Nam quinque horas quotidie iuxta præscriptum Exercitiorum libelli, in dies, impendebat statim Meditationibus. Simili modo B. Maria Magdalena de Pazzis Carmelitana mitigata, experta magnam efficaciam in nostris Exercitiis, dum illa certis temporibus repeteret per annum, & semel ea faciendo non haberet ad manum Directorem, à quo posset edoceri in quadam sua dubitatione, etsi esset magno dono orationis prædita, & Nouitium Magistra, sciens quantoperè iuaret spiritum recursus ad consilia ab eo petenda, cum illum eo tempore habere non posset, petiit consilium ab alia Moniali minùs versata in doctrina orationis, circa meditationem de oratione Christi in horto, tunc tectum Monasterij auditum est dirui. Illa altera monialis perterrita, petiit quid hoc esset? Beata submisit: & compertum est, ne vnâ quidem tecti regulam loco motâ fuisse, sed demônè illa eius humilitatione confusum, hoc

hoc signū suę displicentię edidisse. Ita scribit in eius vitā P. Virgilius Ceparius c. 53. olim eius Director, Pater Spiritualis & Confessarius, dum esset Rector nostri Collegij Florentini.

CX. Caueat ne suorum Antecessorum in gubernatione eius Collegij dicta vel acta coram vilo non Superiore improbet. Id enim & inutile est, & potest esse causa dissidiorum & amaritudinum, si illi (quod facile est in nostrę linguę pruritu) id reseruant, & subditi possent hac re offendi, & minuere opinionem de eius virtute & charitate.

CXI. Volens redigere in ordinem res non bene procedentes, non statim velit omnia ordinare, sed faciat initium à re aliquā maioris momenti; eā bene ordinatā, pergat ad reliquas successiue. Aliās repentinā omnium rerum mutatione præter admirationem & displicentiam in Communitate, concipietur de illo à subditis opinio, non conueniens & noxia suo officio; ac timor quidam alios inuadet, vt declinent eum tanquam violentum reformatorem & turbulentum caput. Ita est humana fragilitas, cuius est quandoque habenda ratio. Hinc factum est, vt nec Christus Dominus, nec eius Apostoli legem veterem statim abrogarint post Christi Ascensionem, sed pedetentim, & vt ait S. Augustinus, cum honore pellexerint synagogam.

CXII. Ante octiduanam Recollectionem subditorum diebus aliquot, in horā Considerationis nostris Superioribus sanctē præscriptā, R. V. instituat considerationem solitō accuratiorē pro iuandis iis subditis qui non ita bene procedunt, sicut alij (si sint tales domi) & notatis præcipuis eorum defectibus in foro exteriorē notis aliis quoque, & Communitatem scandalizantibus vel non ædificantibus (vti sunt consuetudo murmurandi, immodestia in incessu, sermo querulosus frequens, irreuerentia erga Sacerdotes, violatio notabilis silentij, excessus in potu, etsi sit citra ebrietatem, commoditatum præfatio, irreligiosa in recreatione confabulatio, inobedientia, somnolentia sub tēpus orationis, & his similes) vocet eos pridie Exercitiorum, & omni possibili humanitate & suavitate ac demonstratione materni affectus tenerimi erga illorum animam & spirituale profectum eorum, dicat illis notatos (non à se, hoc non est opus dicere, etsi verum sit) esse à domesticis defectibus in illis, tales tales, proinde hæc Exercitia etiam hoc fine instituant, vt post illa ab illis defectibus abstineant &c. Quandoque etiam in scripto annorati iis tradendi sunt, ne è memoria excidant. Est hæc res magni momenti & valde salutaris. Et de hac præmonitione facta, etiam Directorem illorum certiorē ante Exercitia faciat. Post finita verò Exercitia vocet illos, & vultu hilari ac ad risum sincerū composito, exquirat quomodò iā sint animati ad fugā illorum defectuum, & post acceptum ab iis res-

Lancij Opus, Tom. 2.

ponsum bonum, animet illos, dicatque se eorum memoriam non habiturum amplius, dummodò vitent eos, & se bene de iis sperare, &c.

CXIII. Conseruet diligenter in loco non peruito, nec intrantibus cubiculum aspectabili, omnes literas acceptas tū à Superioribus suis, tum ab aliis quæ continent hæc: Primò, Ordinationes minimas qualque de rebus vel vitandis vel faciendis vel emendandis, tam circa se quàm circa alios. Secundò, reprehensiones sui vel aliorum. Tertio, de acceptis rebus siue pecuniis, siue aliis quæ erant ab eā missæ ad aliquem, siue pro solutione debiti alicuius, siue pro emendā aut comparandā re aliquā, siue loco eleemosynæ. Quarto, de acceptis rebus vel pecuniis ab eo, ad quem missæ erant à R. V. Quintò, de rebus mali exempli suorum subditorum, vel aliorum, Superiori maiori significatis, vel significandis, scriptis ab aliquo qui eas vidit vel audiuit. Sextò, de solutione factā alicui suo creditori ab aliquo, ad quem misit pecuniā pro solutione, vel aliud æquiualens pecuniæ. Septimò, de transactione aut successu alicuius litis suo nomine vel Societatis meritò intentatæ à R. V. vel immeritò contra illam vel Societatem suscitatæ ab aliquo. Octauò, de palnodia alicuius, qui nos persequebatur, vel R. V. & postea deprecatus est agnito suo errore. Has verò literas etiam postquam defunctus fuerit regimine, conseruet quamdiu potest. Quia experientia docuit multos, valde fuisse necessariam talium epistolarum ad multos annos conseruationem, ad refutandas varias accusationes & ad alia.

CXIV. Habeat libellum separatim in quo annotet hæc. Primò, quo die mensis & anni misit literas ad suos Superiores, & ibidem præcipua puncta innuat, à se solo intelligenda, quæ in quavis epistolā scripsit. Secundò quo die & per quem misit literas alicuius momenti ad externos. Tertio, quo die & per quem misit rem aliquam siue restituendam, antea mutuo acceptā, siue accommodandam alteri, siue donandam.

CXV. Si habet R. V. in suo Collegio Seminarium Scholasticorum Societatis (quodcunque illud sit, tanto magis, si plura fuerint) Subministrum non faciat Coadiutorem (hoc enim solum in Domibus professus sit,) sed aliquem ex ipsis Scholasticis, (non tamen Magistrum alicuius Scholæ) maturis & discretis, & disciplinæ amantibus ac pro talibus à Communitate habitis In Collegio Romano, in quo sunt Scholastici omnium scholarum, fit scholasticus Subminister toto anno, & loco scholæ, in quā deberet docere finito suo cursu Philosophiæ, hoc munus obit. Quod non posset bene obire Magister in scholā docens, quia tunc maxime attendendum est officio Subministri, dum in scholis inferioribus docetur, & post illas finitas, dum studiosi externi Missam audiunt.

Q 3

CXVI.

CXVI. Quantum fieri potest, sine graui & vrgenti causa, nullum puniat pridie communionis, vt lato animo se pręparat ad SS. Sacramentum. Multi enim sunt imperfecti, qui totā die tristantur, etiam ob leuem penitentiam, vt Aaron visis duobus filiis suis diuinitus occisis, non comedit hostiam pro peccato, quam comedis debuerat, & ob id reprehensus à Moysē respondit: *Quomodo potui comedere eam, & placere Domino in ceremoniis mente lugubri? Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.* Leuit. 10. 1. 17. 18. 19. 20.

CXVII. Nisi vrgentissima causa cogat, nunquam tempore Examinum conscientię & Meditationis adeat Patres graues in eorum cubiculis, petendi consilij causa, vel aliquid eis indicandi, ne putent, sub hoc quesito pretextu R. V. velle agnoscere, an tunc meditentur vel conscientiam examinent. Hoc enim actu immeritò vtuntur aliqui rudes Superiores, & malè sentientes de talium virtute, maximè eorum, qui à Superioribus maioribus exempti sunt à visitationibus eo tempore. Quòd si vrgens necessitas contrarium facere coget, hoc ipsum agnoscant, sic tunc à R. V. visitati.

CXVIII. Patentes subscribat, nomen & cognomen suum exprimendo immediatè sub Patentibus, ne quid spatij intercedat sub scribat autem in illā Patentium parte, quę correspondet dextrę manui subscribentis: Nam Regum & Principum est proprium, sub scribere litteras vel Præuilegia, in loco sinistrae manui opposito. Quocirca non subscribat his verbis: *Idem qui supra.*

CXIX. In ædificiis probante Generali vel prouinciali inchoatis, tam altas portas faciat, vt à quouis facillè pertransiri possint, etiam pileum altum gestantibus, ne opus sit caput inclinare in ingressu.

CAPVT VIGESIMVM.

Quomodo sint iuuandi tentati Nouitij & alij non Professi, qui dicunt se vocatos ad Religionem, non vt in eā perseuerent, sed tantum vt bene instruantur in rebus spiritualibus, & piè viuendi praxim addiscant, quā deinceps in seculari statu vtantur, relicto religioso.

Antiquus mendacijs Pater, qui tanquam leopugiens circuit, quærens quem denoret, præter antiquas artes, quibus multos ad statum religiosum deferendum perduxit, nouam inuenit, quā non tantum Nouitios sed veteranos quoque Religiosos in nostrā Societate, ad eam deferendam cepit inducere. Quā de re primū à quodam Nouitiorum Magistro, aliquot ante annos manens in Bohemiā factus sum certior.

Quocirca, quod tunc consilium ab eo experimentum dictaueram pro huius in Nouitiatu tentationis remedio, & postea intellexeram valdè salutare fuisse, volui hic inserere: præsertim cum rescierim alios quoque, votis exacto Nouitiatu obstrictos, nondum professione Religionis ligatos, hoc ipso pretextu benè viuendi in seculo, post agnitum & probatum in statu religioso rectè viuendi modum, ad statum secularem voluisse redire.

Dico itaque, si placidè, lentè, & stauiter, postulas antea ad Dominum Deum & Sanctos eius, præsertim Angelos Custodes, præcipue verò ad Reginam Angelorum preces, hac tentatione laborantibus hæc proponantur, & benè à tentatis percipiantur remedia, posse illos valdè iuuari.

Primò proponendum est iis paternè, vocationem ad Religiosum statum consistere in duobus actibus nostrę mentis, à præueniente supernaturali & adiuuante Dei gratiā ortis:

Primus est illuminatio intellectus, eaque multiplex, iuxta diuersitatem personarum quæ vocantur à Deo. Aliter enim illuminat intellectum, vocando adules, aliter iuuenes, aliter innocentes, aliter peccatores, vnicuique congruas immittendo inspirationes, spectatā vniuersiisque & naturali & morali conditione, ac dispositione accommodans se vniuersiisque captui. Porro in hac illuminatione intellectus, Deus quem ad statum Religiosum à seculari auocat, id facit, proponendo efficaciter motiua aliqua, per quæ eius voluntatem mouet, ad deferendum secularem statum, & amplectendum religiosum: vnum vno motiua, alterum altero, excitans ad statum secularem deferendum. Altera pars gratiæ efficacis complens vocationem internam, consistit in motione efficaci voluntatis, quā facit, vt velit efficaciter statum religiosum amplecti, quem illi eligendum proposuit per illuminationem intellectus, seu motiua ad hoc exequendum data. Atque hoc modo Deus in alijs quoque operibus bonis eligendis, homines gratiā suā præuenit & adiuuat, vt constat ex Concilio Tridentino & SS. Patribus, præsertim S. Leone Papa, & S. Augustino pluribus in locis, & S. Bernardo & S. Macario.

Cum ergo principium vocationis consistat in intellectu illuminatione, in quā Deus proponit ei quem vocat, totum id quod vult ab eo eligi actu voluntatis interno, & postea executioni mandari exterius, cum nulli vnquam ad Religionem vocato proponat, vt tantum ad tempus in eā permaneat & postea exeat, sed sine vllā restrictione suadeat illi, vt intret tanquam ad mortem perseueraturus: nemo potest dicere se à Deo vocatum esse, vt tantum ad tempus maneat in Religioso statu. Cuius rei etiam hoc signum est, quòd dum talibus ab Examinatoribus proponuntur magnæ difficultates super-

S. Leo. 11.
de ieiun.
dec.
T. rid. 1. 1. 1.
6. c. 1.
Aug. 1. 1.
de pecc.
cap. 19.
Bern. 1. 4.
breui.
Mac. 1. 1.

tenturæ illis in religione generoso animo offerunt se, ad illas tolerandas vsque ad mortem, idque promittunt, sine vllâ restrictione ad temporaneam tantum in Religione mansionem.

Secundo Deus vocat homines ad Religionem, vt de fide certum est, non minus sapienter vocat, quàm in vocat ad obsequia sua alios homines pij valdè, prudentes ac discreti: sicut ergo ij ita vocant ad suum famulatum, vt velint eos in suo obsequio detineri, quamdiu sua eis possint impendere obsequia, ita multò magis Sapientia æterna Dei ita vocat ad religiosa obsequia alios, vt in iis permanent quamdiu possunt, possunt autem quamdiu viuunt, immò in ipsâ quoque morte, & per ipsam mortem ei seruire, iuxta illud Apostoli, *sue viuimus, sue morimur Domini sumus*. Est ergo non Dei sed diaboli vocatio, dum quis à statu religioso carni mollesco ad secularem abducitur, in quo caro mollior tractatur. Quà de re verè & pulchrè S. Bernardus discit: *Quoties importunè (vt assulet) carnalis cogitatio mentem pulsar: verbi gratiâ, cum de potu, de cibo de somno, ceterisq; similibus ad carnis curam pertinentibus cogitantes, humano quodam inardescimus desiderio; certum sit nobis, spiritum carnis esse qui loquitur: & tanquam aduersarium repellamus eam, dicentes: Vade retrò satana, quoniam non sapi ea que Dei sunt: sed magis sapientia tua inimica est Deo. Cùm autem non de illecebris carnis, sed de ambitione seculi, de iactantia & arrogantia, ceterisq; similibus cogitatio vana versatur in cordibus nostris, spiritus mundi est qui loquitur, longè perniciosior hostis, & maiori sollicitudine repellendus Interdum verò satellitibus istis terga vertentibus, princeps ipse habens iram magnam tanquam leo rugiens insurgit aduersus nos, cùm videlicet non ad voluptatem carnis aut seculi vanitatem, sed ad iram, ad impatientiam, ad inuidiam, ad amaritudinem animi prouocamur; importunè ingerendo si quid minus amicebiliter minusue discretè factū videtur aut dictum: si qua demque aut in signo aut in opere quolibet data videtur indignationis occasio, materia suspitionis. Huic ergo cogitationi non aliter quàm ipsi diabolo resistendum est: nec aliter ab eâ, quàm ab ipsa perditione, cauendum. Scriptum est enim: In patientiâ vestra possidebita animas vestras. Est tamen aliquando vt spiritus noster à quolibet horum trium crebrò superatus & seruus adductus illi, in suam ipsius perniciem (ben) dicit illius agat, vt iam sine omni alterius spiritus suggestione ipsa ex se anima, aut voluptuosas aut vanas aut amaras pariat cogitationes. Iam verò non facillè arbitror posse discerni quando noster ipse loquitur spiritus, quando uero loquentem alterum audiat quemlibet & tribus illis. Sed quid refert, quicumque loquitur, dum vnum & idem sit, quod loquuntur: Quid refert loquenti nosse personam, dum constat perniciosum esse quod loquitur: Si inimicus est, resistite viriliter inimico: si tuus ipse spiritus est, argue eum, & miserabiliter plange, quod in tantam miseriam & tam miserabilem deuenit seruitutem.*

Tertio. Ad Diuinam Sapientiam spectat, &

charitatem quâ amat salutem nostram, ne nos vocando ad Religionem, decipiat: deciperet autem valdè & turpiter, si vocatos ad illam, nollet viuere iuxta eius statuta, & non exequi in eâ quod est essenziale. Cùm ergo essentia religiosi status consistat in votis eius, & in votis Religiosis, tanquam pars integralis eorum, sit duratio ad mortem, præsertim in nostrâ Societate, in quâ in Formulâ votorum ab iis qui se iis obstringunt clarâ voce & coram testibus in domestico sacello, solent pronunciat in fine Nunciatus illa verba formalia: *Promitto me eandem Societatem ingressurum, vt vitam in eâ perpetuò degam*, idè certum est, ita omnes vocari ad Religionem, vt in ea, quantum est ex parte sua, viuât ad mortem.

Quarto. Quælibet votorum renouatio, & prima votorum emissio, & quodlibet propositum, vota emissâ seruandi, immò & illud quod Nouitij faciunt sepius, desiderando suo tempore vota religiosa emittere, & apud se statuendo, se ea emissuros, si permittentur, idque habendo & sperando pro magno beneficio, cum, inquam, hæc omnia sint bona opera supernaturalia, siquidem propter finem supernaturalem fiunt, ad quem nec natura, nec dæmon potest hominem excitare, certissimum est, oriri in nobis à Diuinâ gratiâ nos ad illa excitante & vocante, iuxta phrasim Concilij Tridentini & S. Augustini, qui omnia opera supernaturalia auctè proficisci à moratione Dei. Quocirca cùm illis propositis, & emissionem, ac renouationem votorum semper fuerit mens eorum, ea facere & obseruare vsque ad mortem, præsertim iuxta Constitutiones & formulam votorum nostrorum, dubium esse non potest, à Deo vocatos esse, vt vsque ad mortem in illis votis perseuerent.

Quinto. Accedunt promissiones sæpe factæ, & in Nouitiatu & postea, post lectum examen, & regulas, & Bullas de voluntate perseuerandi in religione: quando ergo contrariæ cogitationes veniunt, à naturâ vitiatâ, vel à dæmone procedunt, cuius est proprium, retrahere homines, à vocatione Dei, illique contraria moliri.

Sexto. Quando sic vocati sentiebant in se moraliter certos pios affectus, vel doloris de peccatis, vel amoris erga Deum, vel alias consolationes in oratione, & communionem, vel piorum librorum lectione, vel piis colloquiis & exhortationibus, solebant sentire in se constans desiderium seruiendi Deo in Religione vsque ad mortem; quod signum est, expressam esse Dei voluntatem, vt perseuerent in ea ad mortem vsque; siquidem per has consolationes & pios affectus, à sola diuina gratia causatos, excitabatur ad propositum perseuerantiæ. Quoties super castigando corpore, inquit S. Bernardus term. de 7. Spiritibus col. 2. humiliando corde, seruandâ unitate, & charitate Fratribus exhibendâ seu ceteris virtutibus

tibus acquirendis, conseruandis, amplificandis, salubris cogitatio in mente versatur, diuinus sine dubio Spiritus est, qui loquitur, aut per se ipsum sanè, aut per Angelum suum. Et quemadmodum de humano aut maligno spiritu dictum, sic & de Angelico & de Diuino. Nec facile est, quis loquatur, discernere, nec ignorare periculosum: præsertim cum certum sit Angelum bonum nunquam loqui ex semetipso, sed Deum esse qui loquitur in ipso. Studiosius igitur deinceps consideremus, quoniam modo malignorum illorum spirituum suggestiones audire, imò quantà indignatione abicere debeamus, auertentes aures nostras ne audiamus sanguinem & sapientiam quam reuelat caro & sanguis: paruulos quoque Babyloniæ, cogitatus scilicet mundanos ab ipso initio tenentes, & allidentes ad parietem: ipsum etiam malignum cum temptationibus suis à conspectu cordis nostri abicentes & deducentes ad nihilum. Eas verò cogitationes, quæ iustitiæ & veritatis nos admonent, totà deuotione suscipientes, Diuina dignationi gratiam habeamus: nec aliquando tanta benignitati inueniamur ingrati, scientes, quoniam ipse est qui loquitur iustitiam: ipse enim, cuius sermo veritas est. Quanta enim temeritatis, imò quanta insanie est, si forte dum alloquitur nos Dominus Maiestatis, nos insensati auertamus aures, & ad nescio quas ineptias conuertamur? Quanta est hæc iniuria, & quam grauius vindicanda, cum vilissimus vermis clamantem ad se audire dedignatur Creatorem vniuersitatis? Quanta verò & quam ineffabilis Diuina dignatio bonitatis, quæ quotidie conspicit nos infelices, auertentes aures, obdurantes corda, & nihilominus clamat ad nos, & iugiter clamat in plateis: Verè in plateis, quia in latitudine charitatis. Ecce enim bonorum meorum non egesset Domine: & tamen dicis, Conuertimini filij hominum. Et iterum clamas: Reuertere, reuertere Sanaamitù, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Propterea obsecro vos, dilectissimi, qui reminiscimini Domini ne taceatis, & ne detis silentium ei: audientes iugiter quid loquatur in vobis Dominus Deus, quoniam loquitur pacem. Felix & beata anima, quæ venassu[r]rij Diuini percipit in silentio, frequenter iterans illud Samuelis. Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Cuius rationis vis melius agnosci poterit à nostris, si pendatur ex Regulis S.P.N. Ignatij ad motus animæ discernendos, primæ hebdomadæ Exercitiorum conuenientibus, regula 2. 3. 4. 5. 6. 10. & ex regulis secundæ hebdomadæ regula 1. 4. 5. 6. 7.

Quocirca commendanda est talibus seria lectio sermonis de quadruplici debito S. Bernardi.

cap. 3.

Ponderent etiam qui sic tentantur id quod scriptum reliquit B. Laurentius Iustinianus in l. de disciplina & perfectione Monasticæ conuersationis: Plerique exierunt, qui propter instabilitatem terga verterunt, & à sancto proposito (quod semel bonâ fide ac simplici corde ceperunt) commoti sunt, eligentes in alio statu, quam in eo ad quem vocati fuerunt, Domino militare. Argenti nempe ci imine, tales, reos se fecere. Hi etenim tacite Deum calumniauerunt, insipienter egisse, se statum arripere non congruentem sibi. Tain

eorum opinio, omni vacua est ratione, imò iniquitate & cecitate plena. Qui enim hominem sua sapientia plasmavit ex nihilo, & ex sua merâ caritate, potuitne ignorare quod illi opus sit, aut illum proderet, si in Congregationem eum vocat, in quâ anima salutem adipisci non valet: Ridiculum, & ab omni æquitatis iure semotum est, arbitrari Deum sapientiâ suâ, mundi & omnium quæ in mundo sunt, probatissimum esse rectorem, & in hac solâ vocatione defecisse.

Et c. 5. col. 2. Differens de beneficio vocationis ad statum religiosum inter alia pulchra hoc habet: Quid excellentius in hac æsequi potest peregrinatione, quam vt Diuino quis mancipetur obsequio, quam vt Christo persoluatur quod accepit à Christo? & Dominum sibi faciat debitorem, cui antea multa debebat? &c.

Calorum, terræ maris, & diuitiarum, vitiorum, hominum, demonumq; dominus apertissime esse cognoscitur, quicumque Christi legitimus exierit seruus.

Et c. 7. col. 1. loquens de Religioforum Dominicis benè ordinatis, & vniiformiter degentibus: Secure speret post hæc peregrinationem ad illam supernam intrare Hierusalem, quicumque in iustorum Congregationem fuerit vocatus. Magnam quippe electionis indicium est, huius fraternitatis, habere conformationem: ac itaq; ab illâ excluditur, qui ab hac fuerit segregatus. Ideo cum omni circumspectione & animi maturitate se studeat, quisquis in hac sancta Collegia Deo dicata vocatus est, ne diabolus fallacia, aut sui negligentia seu ignorantia amoueat ab illis. Potissimum verò stabilitatis remedium, saluberrimumq; consilium est, obedientiam super se iugum assumere, & propriam voluntatem omnino abnegare: propria voluntas Deo semper inimicatur &c. Ostendit hoc Deus sapientissime in iis, qui sine causâ iustâ, dimissionem à Societate extorserunt, quam infelici morte perierint, & in statu peccati mortalis. Eos enim qui in seculari statu malè vixerunt peccata mortalia perpetrando, Deus ordinariè vocat, ideò, vt in religione saluet, in quâ videt eos peccatorum mortalium occasiones tales non habituros, in quibus si essent, in statu mortalis peccati morentur. Et de talibus loquitur S. Gregorius Papa: Plerique sunt, qui nisi omnia reliquerint, saluari apud Deum nullatenus possunt. Et ad querendam hanc in religione salutem, eos dicit teneri, qui se libidine contaminarunt. Sic enim ait: Sciendum est, quia quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur, vt licitis utatur, sicq; pietatis opera faciat, vt tamen, si voluerit, ea quæ mundi sunt, non relinquat. At, si quis in fornicationis culpam, vel fortasse in adulterium (quod grauius est) lapsus est, eandem se licita debet abscondere, quantum se meminit & illicita perpetrasset. Cum autem alia peccata, quæ frequentius ab adolescentibus committi solent, grauiora sint quam fornicatio & adulterium, vt docent Theologi cum S. Thoma, quia sunt contra naturam, multò magis iudicio S. Gregorij, qui illis in seculo coinquinati sunt, debent statum religio-

1. 2. ep. 64.

h. 1. o. in Euang.

sum

dum amplecti, & in eo usque ad mortem dura-
 re, ut faciant dignos penitentiae fructus, quod
 in seculari statu difficile esse docuit experientia
 eorum qui ingressi sunt in Religionem; & do-
 cet eorum qui ex illa egrediuntur, vita ordina-
 riè pessimè traduci solita; & infelici fine con-
 clina. Quare benè ait S. Cyprianus: *Lubrica spes*
est, quae inter somenta peccati saluare se posse sperat:
merita est victoria, inter hostilia arma pugnare, &
*impossibilia liberatio est, flammis circumdari nec arde-
 re. Ideò Sancti, non perseverantes in religione*
putant damnari: S. Ephraem, Si post renunciationem
& abidationem vita, in virtutis studio claudicare quis
*inciperit, & sensim à recta vià reslire, oculosque re-
 tortum conueteret, hic, & in vià à praesenti erit exem-
 plo, & post hanc vitam regno caelorum priuatus, indig-
 num se ipsam Sanctorum choro reddet. Et S. Bernar-
 dus de modo benè viuendi c. 20. *Qui de Mona-*
sterio ad seculum fugiunt, à Societate Angelorum sepa-
rantur & demonibus locantur: loquitur hic de A-
postatis, postea addit de aliis qui non fugiendo,
sed extorquendo sui dimissionem, ad secularem
statum transeunt.) Qui sanctam Congregationem
relinquunt, & ad secularem viam descendunt, à So-
cietate Dei elongantur, atque dominio diaboli subiu-
guntur. Nec mirum id à Sanctis dici, cum Chri-
stus Dominus prius id decretum tulerit Luc. 9.
61. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & res-
picens retro, aptus est regno Dei. Quibus verbis S.
Bernardus ep. 1. sub dio, plucere caelo scripsit &
non maledicta, minatur Roberto Nepoti, aeter-
nam damnationem, quia à Cisterciensi Ordine
transierat ad Cluniacensem, quamuis id fecerit
cum licentià à Papa extorta, & quamuis Rober-
tus Cluniacensibus fuerit à Parentibus in pue-
ritia cum agro oblatum. Ait, perituram eius animam
pro qua Christus mortuus est, fieri, supra modum pec-
cans peccatum. Quid tibi frustra quispiam blanditur
de absolutione apostolica, cuius consentiam Diuina
legem tenet sententia. Nemo inquam mittens ma-
num suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est re-
gno Dei. Quae verba S. Bernardi etiam illis con-
ueniunt, qui extorquent dimissionem, etsi à Su-
perioribus Societatis ex Apostolicae Sedis con-
cessione indultam. Sicut enim plurium benefi-
ciorum curam animarum habentium adiura-
tam possessionem, dispensatio à Sede Apostoli-
ca sine iusta causà impetrata, à reatu peccati non
liberat, & culpam aeternà damnatione dignam
nò tollit, ita simili modo impetrata à Societate
dimissio, quae vel à carnalibus desideriis Deo
exotis, vel à superbia spiritu speciosa & honorifi-
ca appetente, vel ab impatientia furoribus, res-
aduerlas, à quibus nullus in mundo status est
liber, resurgente, vel à corporis commodorum
cupiditate, ad otium & desidiam, & gula irrita-
menta anhelante, ortum habet. A talibus autem
fontibus, deriuata status religiosi mutatio, Deo
placere non potest, vi & eius origines cum ma-
*nifesto peccato coniunctae.**

Tales timeant, & ni tentationi resistent, ex-
 pectet illam Dei maledictionem, quae est à Deo
 reuelata B. Angelae de Fulgino in vita eius c.
 10. h. 42. edit. Boll. aliàs c. 51. edit. antiquae. *Qua-*
dam vice dum orarem in cella mea, dicta sunt mihi
ista verba: Omnes qui docentur à Deo, illuminantur, ut
intelligunt viam Dei; & in isto lumine & documento,
quod fit eis spiritualiter à Deo obdunt aures, ne au-
diant, & oculos ne videant, nec volunt attendere, nec
volunt audire illud, quod loquitur eis Christus in ani-
ma, sed omnino ingrossantur, & sequuntur doctrinam
aliam à documento, quod intelligunt sibi facti à Deo;
& volunt tenere viam communem contra conscientia:
illi habent maledictionem à Deo omnipotente. Multo-
ties autem dictum est mihi istud verbum, quod prae-
dictum est. Ego autem horrebam illud audire, cum vide-
rerur mihi valde graue, & timebam esse deceptionem,
quod scilicet illis, quibus Deus dat lumen & gratiam,
postea det maledictionem. Tunc ponebatur mihi vnum
exemplum, & praeceptum est mihi frequenter quoddam sa-
cerem scribi. Exemplum autem est de scholare, qui po-
nitur à patre ad scholas, & pater facit ei expensas
sumptuosas, & honorat eum vestimentis & libris, &
cum informatus est sub inferiori magistro, procurat post
ut transferatur ad altiorum Magistrum. Si post haec
Scholaris praedictus negligenter agat, & non curet de
scientia, quam didicit, sed redeat ad statum secularem,
& ad vile officium, & ministerium magis laboricij, &
de eo quod sic didicerat, nihil ei remaneret, talis, inquam,
pater super huiusmodi filio magnam debere habere
turbationem & indignationem. Talis filius est ille, qui
prius docetur per predicationem, & per Scripturas, &
postea spiritualiter illuminatur à Deo, & datur sibi
intelligere spirituali lumine, & diuinà inspiratione,
quomodo sequatur viam Christi, propter quam addis-
cendam prius facit eum doceri per alios, & postea docet
eum Deus suo spirituali lumine & doctrinà, quae non
potest doceri nisi à Deo: & hoc facit, ut ipse se dirigeret,
& etiam aliis lumen esset. Si talis negligenter agat, &
ingrossetur & incrassetur, & despiciat lumen suum &
Dei doctrinam, & diuinam inspirationem, Deus auferet
ei illud lumen & gratiam, & habet maledictionem. Et
est mihi praeceptum, ut hoc verbum scriberem, & vni
Fratri, cui confitebar, ipsum dicerem, quia eum tange-
bat.

Iterum dictum est mihi in alià diuinà locutione: Est
 quadam generatio, quae cognoscit Deum solam ex mul-
 ta bonitate bonorum, quae fecit eis; & isti parum co-
 gnoscunt: & est alia generatio hominum, qui quamuis
 cognoscant Deum per praedicta bona eius, tamen multo
 melius cognoscunt eum per bonitatem Dei, quam expe-
 riuntur in se. Iterum in alià locutione accepi cognitio-
 nem, & audui vocem clamantem & dicentem: O quam
 magni sum, o quam magni sum, sed non magni lectores
 Scripturae mea, sed eius adimpletores & factores! It-
 rum dicebat quod tota Scriptura Diuina adimpletur
 in exemplo vite Christi. Quadam vice dum orando di-
 cerem Deo: Scio Domine, quia tu es pater meus, quia tu
 es Deus meus; doce ergo me, quid vii quod ego faciam;
 & instrue me in his quae tibi placent, quia sum parata
 obedi-

obedire. Cùm ergo in his verbis stetitsem à mane vsque ad vespertinam, & vidi & audiui, sed quod vidi & intellexi, nullo modo possum nec scirem dicere. Sed fuit vna abyssus, omnino ineffabilis, & ostendit mihi quid est ipse, & qui viuunt in ipso, & qui non, & dixit mihi: in veritate dico tibi, quod non est alia via recta, nisi illa, que sequitur mea vestigia, quia in via ista que est mea, nulla est omnino deceptio. Verbum autem istud in veri-

tate & in magna claritate sepe & in multis locutionibus dictum est mihi. Non est autem via seculi, via per quam sequuntur homines vestigia Christi, qui vitam longè diuersam duxit à vitâ seculari. Vixit enim in perpetua castitate, paupertate & obedientia, in perpetua afflictionibus, in perpetuo despectu & persecutionibus multiplicibus.



NICO-